

Zur Beachtung! Mit handschriftlichen Korrekturen versehene Abzüge  
unter 50 g sind mit 5 Pfennig zu frankieren.

NEL  
HEY  
IN

sanct  
it et  
ari

T1

REVERENDO IN CHRISTO PRESTANTISSIMOQUE PATRI  
JOHANNI TRITEMIO ABBATI DIVI JACOBI IN HERBIPOLI HENRICUS CORNELIUS AGRIPPA COLONIENSIS  
DICTUS DE NETTESHEYM FELICITATEM PERPETUAM

Licet magica facultas, que primum sublimitatis fastigium uno omnium philozophantium iudicio tenet, reverende pater, a priscis illis philosophis semper veneratione exulta fuerit, porro tamen nescio, qua dolenda temporum hominumve depravatione negligentiaque id agente tam sublimis sacraque facultas non modo depravata, sed omnino etiam prophanata est, ut hucusque vix inventus sit, qui tantum lapsum potuerit instaurare. Nam quum nonnulli occultorum cupidiores magicam defendere coantur, superstitionem ceteraque ne faria simul admittunt. Multi impacientius eas sustinentes penitus damnant multa bona, multa vera, multalicitate propter multa mala, falsa nephariaque simul respuentes. Iis ego commotus, qui ab ineunte estate semper circa mirabilem effectuum et plenissimas misteriorum operationes cupidus curiosusque extiti explorator, volui rem arduam attemptare magicamque artem ad rationabiliter certitudinem segregare. Quod || quum nuper ante annum fere ment concepisset, nunquam tamen aliquid horum scriptis edere ausus fui Sed quum interim tecum in Heribpoli per paucissimos dies conversus fuisse, tua precellentissima peritia doctrinaque audaciam mihi animumque tribuit. Itaque propositum conceptumque laborem perficiendum expoliendumque repetii atque libellum presentem triplici tractatu iurta tres facultates, quas magia ipsa complectitur, compendiose perstricuum composui tibique dedicatum constituo, ut tibi necessitudinis nostre amorisque sit exploratissimum pignus fieretque affectus noster tibi hic munere certior, tum etiam, quia iure quodam tibi debetur, quandquidem ea illis sunt dedicanda, qui eorum peritiam tenent. Quod si hec nostra studia tibi grata esse intellexero, ad eiusmodi similia me quamplurimum incitabis. Vale, nostrum presidium doctorum que hominum decus, et iis audacibus parcito ceptis.

HENRICI CORNELII AGRIPPE COLONIENSIS DICTI DE  
NETTESHEYM DE OCCULTA PHILOSOPHIA

INCIPIT LIBER PRIMUS

CAPITULUM PRIMUM

Ars magica sanctis patribus a principio nascentis ecclesie catholice odiosa semper fuit et despектa, quia multi pseudophilosophi ac falso nomine magi per varios errores et sue demencie conspirationes multas execrandas factiones atque ferales artes multas diabolicas observationes et stigias superstitiones tot quo que Acheronteos ritus ipsi magie commiscuerent, qui etiam ea, que ad religionem et ad sacra<sup>a)</sup> attinent, potius torqueant in superstitionem ac sacrilegium, quam in orbis terrarum convertant salutem. Unde omnes fere umbrarum libri necromantici et cuiuscumque prophani collegii sive secte fuerint ipsum magie nobile nomen assumpserunt. Quare eousque ipsa ars magica corrupta, dilaniata ac diffamata est, ut in vituperium ac pectum sacrum nomen magie devenerit ac nemo prorsus sit, qui doctrina operibus ~~ve~~ magnum se audeat profiteri nisi forte demens aliqua vetula ~~rus~~ habitans que credi velit admodum perita seu divini potens, ut inquit Apuleius<sup>1)</sup>, »posse celum deponere, terram suspendere, fontes durare, montes diluere, manes sublimare, Deos infimare, sidera extinguere, Tartarum ipsum illuminare« ~~vel~~, ut canit Vergilius<sup>2)</sup>,

»Que se carminibus promittat solvere mentes quas velit, ast aliis  
duras immittere curas«

Sistere aquam fluviis et vertere sidera retro;

Nocturnosque ciet manes; mugire videbis

Sub pedibus terram et descendere montibus ornos.<sup>3)</sup>

aut que refert Lucanus de maga illa Thessala<sup>3)</sup> et Homerus de Circes omnipotencia, que omnia tam fallacis opinionis tam sacrilege diligencie perniciosique laboris existunt, ut sub artem non nefandam cadere neque aut quum hoc igitur sic se habeant nescio, an plane venia dignum sit me

a) post sacra det. per Pyc.

b) hornos corr. ornos c.

1) Apul. met. 1, 8

2) Verg. Aen. 4, 487-492

3) Lucan. 6, 319-322.

6) in ras. c.

pro ut homo sum ingenii ac litterature minoris tam difficile tam arduum tam intricatum negocium in ipsa mea adolescencia tam liberum aggressum esse quam ob rem quecumque hic a me dicta sunt et inferius dicentur his nolo quenquam plus assentisi neque ipse egomet plus assentior quam ab ecclesia ~~Fatholica~~ fideliumque cetu conprobatur.

Fc

## CAPITULUM SECUNDUM

Magia facultas potestatis plurime compos<sup>1)</sup> altissimis plena mysteriis profundissimam rerum secretissimarum contemplationem naturam, <sup>3r</sup> potentiam, qualitatem, substanciam et virtutem tociusque nature cognitionem complectens<sup>2)</sup> et quomodo res inter se different et quomodo conveniunt instruens hinc effectus suos agens vivendo virtutes rerum per applicationem earum ad invicem et ad sua passa congruenter inferiora superiorum dotibus ac virtutibus passim copulans atque maritans hec perfectissima summaque sciencia hec altior sanctiorque philosophia, hec denique totius nobilissime philosophie absoluta consummatio.

Nam cum omnis philosophia speculativa divisa sit in physicam, mathematicam et theologiam, phisica doceat naturam eorum, que sunt in mundo, illorumque causas, effectus, tempora, loca, modos, eventa, integritates et partes, investigat atque rimatur, quot sunt, que<sup>a)</sup> rerum species elementa vocantur, quid calor efficiat, quid terra, quid humidus aer, quid generent, unde magni primordia celi, unde maris fluxus variisve coloribus iris reddere, quid faciat clamosa tonitrua nubes, unde vel etherea fulmen iaculetur ab aula, que secreta faces noctu, que causa cometas proferat et tumidas, que ceca potencia terras concuciat, que sunt auri, que semina, ferri totaque nature vis ingeniosa latentis hoc anima naturalium speculatrix phisica complectitur et que canit Vergilius<sup>3)</sup>:

»Unde hominum genus et pecudum, simul imber et ignes«

»Unde<sup>4)</sup> tremor terris, qua vi maria alta tumescant

Obiicibus ruptis rursusque in se ipsa residant.«

Mathematica vero docet nos planam et in tres porrectam || dimensionis <sup>3v</sup> naturam cognoscere motumque ac celestium progressus suspicere scilicet

<sup>a)</sup> post que del. quot c.

1) *Psellus de daemonibus interprete Marsilio Ficino*: Magia uero facultas quaedam graecis uisa est potestatibus plurimae compos.

2) *Psellus l. c.*: Haec enim facultas perscrutatur uniuscuiusque rei sub luna genitae, naturam, potentiam, qualitatem elementorum inquam eorumque partium animalium omnium plantarum et semen et pomorum, item lapidum herbarumque ac summatis uniuscuiusque rei substantiam et virtutem.

3) *Verg. Aen. 1, 743.*

4) *Verg. georg. 2, 479—480.*

aurea, quo celeri rapiantur sidera motu. Quid caligantem modo cogat  
hebescere lunam defectusque pati dimisso lumine solem. Et ut canit  
Vergilius<sup>1)</sup>:

»Quo circa certis dimensum partibus orbem  
Per duodena regat mundi sol aureus astra.«  
»Ostendit<sup>2)</sup> celique vias et sidera monstrat  
Defectus solis varios luneque labores;«  
»Arcturum<sup>3)</sup> Pleiadesque Hyades geminosque Triones;  
Quid tantum Oceano properant se tingere soles  
Hiberni, vel que tardis mora noctibus obstat.«  
Que omnia per mathematicam dinoscuntur.  
»Hinc<sup>4)</sup> tempestates dubio prediscere celo  
Possumus, hinc messisque diem tempusque serendi,  
Et quando infidum remis impellere marmor  
Conveniat, quando armatas deducere classes,  
Aut tempestivam in silvis evertere pinum.«

Theologia autem quid Deus ipsa docet, quid mens, quid denique  
demon, quid anima, quid religio, que sacra instituta, ritus, phana, ob-  
servationes, sacraque mysteria. Instruit quoqua<sup>a)</sup> de fide, de miraculis,  
de virtute verborum et figurarum, de arcanis operationibus et mysteriis  
signaculorum et, ut inquit Apuleius<sup>5)</sup>, »docet nos rite scire atque callere  
leges ceremoniarum, fas sacrorum atque ius religionum, sed redeam unde  
digressus sum. Has tres imperiosissimas facultates magia ipsa complecti-  
tur, unit atque actuat, merito ergo ab antiquis summa sanctissimaque  
sciencia habita est. Heli grallvissimis auctoribus clarissimisque scripto-  
ribus reperitur illustrata, inter quos precipue Zamolxis et Zoroaster ita  
effulserunt et inventores huiuscet scientie a pluribus crediti sunt. Horum  
vestigia sequuti Albarum, Hiperboreus, Carmondas, Damigeron, Eudoxus,  
Hermippus et clariores. Quidam alii extiterunt antistites ut Trismegistus,  
Mercurius, Porphyrius, Iamblicus, Plotinus, Proculus, Dardanus, Orpheus  
Thraicius, Gog Grecus, Germa Babilonicus, Apollonius Thyaneus. Ho-  
stanes eciam egregie scripsit in hac arte, cuius libris e sepulcro erutis Ab-  
derites Democritus suis commentariis illustravit. Preterea ad hanc artem  
Pithagoras, Empedocles, Democritus, Plato et plures nobilissimi philo-  
sophorum descendam navigavere hanc reversi summa sanitate predica-

a) post quoque det. fi e.

1) Verg. georg. 1, 231/32.

2) Verg. georg. 2, 477/78.

3) Verg. Aen. 1, 744—746.

4) Verg. georg. 1, 252 sqq.

5) Apul. apol. 25.

verunt hanc in arcanis habuerunt. Nam et Pitagoram Platone inque ob eam descendam compertum hebemus. Memphitices vates accessisse et pene totam Siriam, Egiptum, Iudeam et Caldeorum scolas peragrasse, ne sanctissima eos magie monumenta laterent divinisque ritibus imbuerentur. Quicunque igitur nunc in hac facultate studere affectat, si non fuit eruditus in phisica, in qua declarantur qualitates rerum et in qua aperiuntur proprietates occulte cuiuslibet entis, et si non fuerit opifex mathematice et in aspectibus et figuris stellarum, ex quibus cuiuslibet rei sublimis virtus et proprietas dependet, et si non fuerit doctus in theologia, ubi manifestantur substancialia immateriale, que dispensant et administrant omnia, non poterit intelligere magie rationabilitatem; nullum || enim opus ab ipsa magia perfectum existat nec est aliquod opus vere magicum, quod has tres facultates non complectatur.

### CAPITULUM TERCIUM

Virtutes rerum naturales quedam sunt elementales ut calefacere, frigefacere, humefacere, exsiccare et vocantur operationes seu qualitates prime. Quedam vero insunt rebus ab elementis componentibus tales etiam ultra qualitates primas, ut sunt maturative, digestive, resolutive, mollificative, indurative, stiptice, abstersive, corrosive, caustice, aperitive, euaporative, confortative, mitigative, conglutinative, opilative, expulsive, retentive, attractive, repercussive, stupefactive, elargitive, lubricative et alie plures. Multa enim habet agere qualitas elementalis in mixto, que per se non operatur et hec operationes dicuntur qualitates secundarie, quia sequuntur naturam et mensuram mixtionis primarum virtutum, quemadmodum maturatio est operatio caloris naturalis secundum certam mensuram in substancia materie Induratio operatio est frigoris similiter et congelatio et sic de similibus. Et hec operationes quandoque agunt in membrum determinatum ut sunt pervocare urinam vel lac vel menstrua et tunc dicuntur qualitates tercie, que sequuntur secundas, sicut secunde primas. Secundum has itaque primas, secundas || et tercias qualitates multe egritudines et curantur et induciuntur. Multa etiam artificialiter fiunt, que homines valde mirantur, sicut est ignis qui aquam comburit, quem vocant ignem Grecum, cuius plures composiciones Aristoteles edocet in tractatu de hoc singulari. Simili modo fit etiam ignis, qui oleo extinguitur et aqua accenditur frigida, quando roratur desuper et ignis, qui pluvia vel vento vel sole accenditur et fit ignis, qui vocatur aqua ardens, cuius confectio notissima est, qui nihil consumit preter se ipsum, et fiunt ignes inextinguibiles et olea incombustibilia et lampades perpetue, que nec vento nec aqua nec ullo modo extingui possunt, quod penitus incredibile videtur nisi fuisset famosissima illa lampas, que in

templo Veneris quondam lucebat, in qua ardebat lapis Albestus, qui semel accensus revera nunquam extinguitur, e contrario preparatur lignum vel aliud quoddam combustibile, ut ab igne ledi non possit et fiunt confectiones, quibus inunctis manibus possumus portare ignem vel ferrum ignitum absque lesione vel mittere manum in metallum fusum seu toto corpore res in ignem absque ullo malo et horum similia.

#### CAPITULUM QUARTUM

Insunt preterea rebus virtutes alie, que non sunt alicuius elementi sicut fugare venenum, pellere antraces, attrahere ferrum vel quid aliud et hec virtus || est sequela speciei et forme rei huius vel instius. Unde etiam exigua quantitate non exiguum habent in agendo effectum, quod non est elementali qualitati concessum. Nam he virtutes, quia multum formales sunt, ideo cum minima materia plurimum possunt; elementalis autem virtus, quia materialis est ut multum agat, multam etiam desiderat materiam. Vocantur autem he virtutes proprietates occulte, quia cause earum latentes sunt, ita quod humanus intellectus non postet eas usque-quaque investigare. Quare philosophi maximam earum partem longa experientia quam rationis indagine adepti sunt. Nam sicut in stomacho cibus digeritur per calorem, quem cognoscimus, sed transformatur per virtutem quandam occultam, quam ignoramus, non quidem per calorem, quia sic in foco potius apud ignem quam in stomacho transformaretur, sic sunt rebus ultra elementales qualitates, quas cognoscimus innate quedam alie virtutes et ita a natura concreata, quas admiramur ac sepe stupescimus nobis ignotas vel raro vel nusquam conspectas ut de phenice ade unica se ipsam renovante legitur apud Ovidium<sup>1)</sup>:

»Una est, que reparat seque ipsa reseminat, ales:  
Assirii phenica vocant; . . .«

Et alibi legitur: Convenit Egiptus tanti ad miracula visus et rarum volucrem turba salutat ovans sic avis strutio, qui ferrum frigidum atque durissimum coquit et digerit. In corporis sui nutri mentum, cuius stomachus etiam traditur ferro ignito non ledi, sic pisciculus ille echeneis, qui sic infrenat vento rum impetus et domat equoris rabiem, ut quantumcunque etiam imperent et seviant procelle infinitis etiam velis per ventum tensis tamen usque adeo || solo tactu compescit et cogit stare navigia, ut moveri nullo modorum possint, sic Salamandra bestiola, que vivit in igne, cuius pluvie etiam quandoque ardere videntur et tamen non leduntur. Simile est de quodam bitumine quomodo linita fuisse dicuntur arma Amaconum quod nec ferro nec igne solvitur cum quo et porte capsle ex

1) Et. met. 15, 392—93.

ere fuso simili modo linita dicuntur ab Alexandro magno. Simili etiam bitumine legitur archa Noe linita fuisse a tot milibus annorum super montibus Armenie adhuc durante sic alia multa vix credibilia, que tamen experientia ipsa cognita sunt.

### CAPITULUM QUINTUM

Platonici omnia inferiora ferunt esse ideata a superioribus ideis. Ideam autem diffiniunt esse formam supra corpora animas, mentes esse unam simplicem, puram, immutabilem, indivisibilem, incorpoream et eternam atque candem idearum omnium esse naturam. Ponunt autem ideas primo in ipso quidem bono, hoc est Deo, per cause modum solum esse relativis quibusdam rationibus inter se distinctas, ne quicquid in mundo sine ulla varietate sit unicum convenire tamen inter se essentia, ne Deus sit substancia multiplex. Ponunt secundo in ipso intelligibili, hoc est anima mundi per formas proprie atque insuper absolutis formis invicem differentes, ita ut idee in Deo quidem omnes una forma sint. In anima mundi vero multe ponuntur in sequentibus mentibus sive corpori coniunctis sive a corpore separatis || participatione iam quadam et gradatim iam magis magisque distinctas. Ronunt in natura tanquam semina quedam infima formarum ab ideis infusa, ponunt in materia denique ut umbras. Accedit ad hoc, quod totidem sunt in anima mundi rationes rerum seminales, quot idee sunt in mente divina, quibus ipsa rationibus edificavit sibi in celis ultra stellas etiam figuras impressitque hiis omnibus proprietates. Ab his itaque stellis, figuris ac proprietatibus omnes specierum inferiorum virtutes et proprietates dependent, ita ut quelibet species habeat figuram celestem sibi convenientem ex qua etiam provenit sibi mirabilitas in operando quallem per rationes anime mundi seminales propriam ab idea sua suscipiat dotem. Sunt enim idee non modo cause essendi alicuius speciei, sed etiam sunt cause cuiusque virtutis, que tali sperei inest. Et hoc est quod dicunt multi philosophorum, quod virtutibus certis, scilicet certam et stabilem rationem habentibus, non fortuitis nec casualibus et efficacibus scilicet potentibus et indeficientibus nihil frustra nihil incassum agentibus moventur. Stutes in natura rerum existentes, que quidem virtutes sunt, idearum operationes, que non errant nisi per accidens, ex impuritate videlicet et inequalitate materie. Hoc enim modo inveniuntur res etiam eiusdem speciei magis ac minus potentes secundum puritatem vel confusionem materie. Omnes enim influxus celestes impediri possunt per confusionem et mobilitatem materie. Omnes enim influxus celestes impediri possunt per confusionem et mobilitatem materie. Unde Platoni ipsi in proverbium fuit secundum merita virtutes celestes; de quo et Vergilius meminit, ubi canit||!

T. II. 23

p. 127

Plat. III. 1. p. 126

— p. 128

»Igneus est ollis vigor et celestis origo  
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant.«

Quare he res, in quibus minus mergitur idea materie, hoc est, que separatorum maiorem accipiunt similitudinem virtutes habentur potentiores in operatione similes operationi idee separate. Scimus itaque situm ac figuram celestium causam esse omnis nobilis virtutis, que est in spiritibus inferioribus.

### CAPITULUM SEXTUM

Individuorum singulares etiam dotes plurimis insunt tam mirabiles quam in speciebus etiam a figura celestium situque stellarum. Omne enim individuum quando incipit esse sub determinato horoscopo et constellazione celesti contrahit cum esse mirabilem quandam virtutem operandi ac paciendi rem mirabilem (eciam preter eam quam habet a sua specie) tum per influxum celestium tum etiam per obedientiam materie generabilium ad animam mundi, que quidem talis est, qualis est obedientia nostri corporis ad nostras animas. Nos enim sentimus in nobis quod ad quantumque formam concipimus movetur corpus nostrum delectabiliter vel horrendo vel fugiendo, sic frequenter anime celestes quando diversa concipiunt, tunc materia movetur per obedientiam ad illud, sic in natura multa apparent prodigia ex imaginatione superiorum motuum, sic eciam diversas virtutes || non modo res naturales, sed etiam quandoque artificiales concipiunt et hoc maxime, si anima operantis in idem nititur. Unde inquit Avicenno quecumque hic fiunt oportet preexistere in motibus et conceptionibus stellarum et orbium.

### CAPITULUM SEPTIMUM

Democritus et Orpheus et multi Pitagoricorum celestium vires inferiorumque naturas diligentissime perscrutati omnia plena diis esse dicebunt. Deos autem vocabant virtutes divinas in rebus diffusas, quas etiam animas nominabant et ab his virtutes rerum dependere, quia solius anime sit ab una materia extendi in res alias, circa quas operatur sicut homo, qui extendit intellectum ad intelligibilia et imaginationem ad imaginabilia et hoc est quod intelligebant dicentes unius entis animam egredi et ingredi in aliud et festinare ipsum et suas operationes impedire, quemadmodum dyamas impedit magnetem, ne ferrum attrahat. Quoniam vero anima primum mobile sit et, ut dicunt, sponte et per se mobile corpus vero seu materia per se ad motum inefficax et ab ipsa anima longe degenerans, ideo ferunt opus esse excellentiosi quodam modo (scilicet quasi non corpus sed quasi iam anima sive quasi non anima, sed quasi

7.12.

F. ad Mabbiani

F. II 3 , p. 138

p. 139f.

5

iam corpus) quomodo videlicet anima corpori connectatur medium autem tale ferunt esse spiritum mundi, scilicet quam dicimus essenciam quintam quia non ex quatuor elementis sed quoddam quintum preter ea subsistens. Talis igitur spiritus neccessario requiritur tanquam medium, quomodo anime celestes adsint corpori crassiori et mirificas dotes largiantur. Hic quidem spiritus talis forme est incorpore mundi, qualis in humano corpore noster, sicut enim anime nostre vires per spiritum nostrum adhibentur membris, sic virtus anime mundi per quintam essenciam dilatatur per omnia. Nihil enim reperitur in toto mundo, quod sue virtutis scintilla careat. Magis tamen ac maxime infunditur his, qui eiusmodi spiritus plurimum hauserint. Hauritur autem per radios stellarum, quantum res his se reddunt conformes. Per hunc itaque spiritum omnis occulta proprietas propagatur in herbas, lapides et metalla et in animantia per solem vel lunam, per planetas perque stellas planetis sublimiores. Potest autem hic spiritus nobis magis prodesse, si quis eum sciverit ab aliis elementis plurimum segregare atque saltem his rebus plurimum uti, que hoc spiritu plurimum abundant. He siquidem res, in quibus minus immersitur corpori ac minus cohibetur materia, potentius perfectiusque agunt, tunc etiam pronceptius generant sibi simile. Est enim omnis generativa et seminaria virtus in eo, quare alchimiste nituntur eum spiritum ex auro argentoque secernere, quem rite segregatum et extractum, si postea illum cuivris eiusdem generis materie, hoc est cuivis metallorum, adhibuerint aurum statim argentumve efficient. Sed hec nobilis scientia abiit in ridiculum ob plurimos rudes, indoctos et vilissimos quosque cultores avaritia || potius quam sciendi cupiditate captos, qui cum veram semitam ignorantes deficiunt, falsificis deceptionibus et irrationibus omnia complent.

### CAPITULUM OCTAUUM

367  
F. 139

Patet ergo esse in rebus proprietates occultas non ab elementalis natura, sed celitus insitas sensibus nostris occultas, rationi vix denique notas, que quidem a vita spirituque mundi per ipsos stellarum radios proficiscuntur. Unde, o cupiens, qui in hoc studio operari affectas, considerare debes, quod unaque que res movet et convertit ad suum simile et inclinat ad se ipsum secundum totum posse suum, tam in proprietate, scilicet in virtute occulta, quam in qualitate, scilicet virtute elementalis. Quandoque etiam in ipsa substantia, sicut in sale. Nam quicquid diu steterit cum sale, fit sal. Omne enim agens cum agere coperit, non ad inferius se ipso movet, sed quodammodo quo ad fieri potest, ad sui par et consentaneum, sicut manifeste videmus in animantibus sensibilibus, in quibus cibum non in herbam vel plantam nutritiva virtus transmutat, sed in carnem convertit sensibilem. Quibus igitur in rebus inest alicuius qualitatis vel proprietatis excessus ut calor, frigus,

adatia, timor, tristitia, iracundia, amor, odium vel quevis alia passio  
vel virtus sive insit ipsis per naturam sive quandoque etiam per artem vel  
per casum ut audacia in me retrice: He res ad talem qualitatem, passionem,  
virtutem maxime movent et provocant. Sic ignis || movet ad ignem  
et aqua movet ad aquam et audax movet ad audaciam. Et est notum  
apud medicos, quod cerebrum uivat ad cerebrum et pulmo uivat ad pul-  
monem. Sic ferunt, quod rane dexter oculus dextro, sinister sinistro sus-  
pensi e collo nativi coloris panno, lippitudinis sanant et simile etiam de  
cancri oculis ferunt. Sic pedes testudinis conferunt podagratis, adalligati  
ita, ut pes pedi et manus manui, dextro dexter, sinistro levus suspendatur.  
Hoc modo dicunt, quod omne animal sterile provocat ad sterilitatem et  
*ex eo* maxime testiculi et matrix vel urina. Sic ferunt mulierem non con-  
cipere, que accipit omni mense de urina mule vel aliquid infusum in ea.  
Sic quando volumus provocare ad aliquam proprietatem vel virtutem,  
queramus animantia vel alias res, quibus talis proprietas exellentius inest  
et *ex his* assumamus nobis partem, in qua talis proprietas vel virtus  
maxime viget, ut quando volumus incitare ad amorem, queramus ali-  
quod animal, quod maxime diligit ut sunt columba, turtur passer, hy-  
rundo, motacilla et *ex his* assumamus membra vel partes, in quibus ma-  
xime viget Venereus appetitus, ut sunt cor, testiculi, matrix priapus,  
sperma, menstruum, maxime quando hec animalia tali effectu fortissime  
capiuntur et intendunt, hunc enim valde provocant amorem et inferunt.  
Simili modo ad provocandum audaciam queramus leonem vel gallum et  
*ex his* capiamus cor vel oculos vel frontem. Et sic est quod dicit Psellus  
Platonicus, quod canes et corvi et galli conferunt ad vigiliam, similiter  
philomena et vesper || tilio et noctua et *ex his* exime caput et cor et oculos.  
Ideo dicunt, si quis cor corvi vel vespertilionis super se portaverit non  
dormitabit, donec deponatur. Idem facit <sup>a)</sup> caput vespertilionis aridum alli-  
gatum in dextro brachio vigilantis. Nam si ponatur super dormientem,  
fertur non excitari, donec depositum, fuerit. Eodem modo rana et bubo  
efficiunt loquacem et *ex his* maxime lingua et cor, siccum lingua rane aquatice  
supposita capiti facit loqui nisi somniis et cor bubonis impositum mamme  
mulieris dormientis sinistre fertur efficere, ut omnia secreta pronunciet.  
Idem fertur efficere cor noctue et cepum leporis positum supra pectus dormi-  
entis. Eodem modo omnia animalia longeva ad vitam conferunt longe-  
vam et quecumque animantia habentia in se virtutem renovativam con-  
ferunt ad corporis renovationem et iuventutis restaurationem, quod me-  
dici se nosse multo ciens ostenderunt, sicut manifestum est de serpente,  
qui vocatur tirus, in quo est virtus renovativa non solum sui ipsius, sed

<sup>a)</sup> post facit del. corpus c.

etiam aliorum. Et notum est, quod cervi renovant senectutem suam comestione serpentum, eodem modo phenix renovatur per rogam, quem sibi construit, et similis virtus est in pellicano, cuius dexter pes, si sub fimo calido ponatur, post tres menses regeneratur, vivus pellicanus. Ic-  
circo medici quidam quibusdam confectionibus ex vipera et elleboro et ex quorundam eiusmodi animalium carnibus factis promittunt restituere iuuentutem et restituunt quando que etiam quandoque forte talem, qua-  
lem Medea Pelie seni promissam restituit.

### CAPITULUM NONUM

Scire debes tantam esse rerum naturalium potentiam, quod non modo cunctas res sibi propinquantes sua virtute afficiant, verum etiam preter hoc in fundunt ipsis potentiam, quemadmodum in magnete appar-  
ret, qui quidem lapis non solum annulos ferreos trahit, sed vim etiam annulis ipsis infundit, qua hoc idem efficere possint, qualem se vidisse refert Albertus. Hoc modo fertur, quod meretrix publica, in qua est audacia exterminata, hac ipsa proprietate cuncta sibi propinqua afficit, que deinde reddunt eam aliis. Ideo dicunt, quod si quis induat vestem vel camisiam meretricis vel secum habuerit speculum, in quo ipsa se quo tidie speculaverit, redditur audax et intimidus et luxuriosus. Simili modo dicunt pamum, qui fuerit in funere, concipere ex hoc proprietatem aliquam tristicie et Saturnalem et laqueuni suspendiosi simili ter aliquas mirabiles habere proprietates. Simile est quod narrat Plinius, si quis ter-ram substernat lacerte viridi excecate et una in vitro vase annulos includat ferro solido vel auro, cum recepisse visum, locertam apparuerit per vitrum emissae ea annulos contra lippitudinem valere. Idem quoque in mustela et annulis valere, cuius oculis punctum erutis constat etiam visum reverti simili modo ponuntur annuli per certum tempus in nido passerum sive hirundinum, quibus postea ad amorem vel benevolenciam utimur.

### CAPITULUM DECIMUM

Restat nunc videre, quod omnes res habent inter se amiciciam et inimiciciam et omnis res habet aliquod timendum horribile inimicum et destructivum et e contra aliquod exultans, letificans et recomfortans. Habituidines autem iste amicicie et inimicicie nihil aliud sunt quam inclinationes quedam rerum in se invicem appetendo talem vel talem rem si absit et moveri ad illam nisi impediatur et requiescere in adepto fu-  
giendo contrarium et horrendo proximationem ei us nec quiescere in illo. Hac itaque sententia ductus Heraclitus professus est omnia fieri per literum et amiciciam. Inclinationes vero amicicie in vegetabilibus et mineralibus

eiusmodi sunt, ut qualem habet magnes attractivam in ferrum et smaragdus in divicias et graciam, iaspis in partum, achates in facundiam. Simili modo napta trahit ignem prosilitque in eam undecimque visam. Similiter aproxis herba, cuius radix e longinquo attrahit ignem ut napta et similis inclinatio est. Inter palmam masculinam et femininam, quarum cum ramus unius ramum alterius tetigerit complicant se in mutuum amplexum. In animalibus vero amicicia est inter merulam et turdum, cornicem et ardeolam, inter pavones et columbas, turtures et psitacos<sup>1)</sup> Unde scribit Sapho ad Phaonem<sup>2)</sup>:

»Et variis albe iunguntur sepe columbe,  
et niger a viridi turtur amatur ave.«

Rursus amici sunt musculus et balena, cornix et ardeola, rursus cum vegetabilibus catta multum amat et letatur et exultat. In herba, que nepita vocatur, ad cuius afflicationem concipere traditur et defectum masculi complere, quemadmodum eque in Capadotia in defectu masculi se flatui venti exponunt atque ex eius afflatu et attractu concipiunt. Sic rane, bufones, serpentes et quecumque venenosa reptilia maxime exultant in planta, que apium risus dicitur, de qua, ut ferunt medici, si quis comedenter ridendo moritur. Rursus testudo, quando venenatur a serpente, comedit origanum et confortatur per illud et ciconia etiam in serpentum pastu origano sibi salutem querit et mustela pugnatura contra regulum comedit rutam. Unde cognoscimus origanum et rutam virtutem possidere contra venenum. Sic in quibusdam animalibus est naturalis peritia et ars innata medicinalis. Sic bufo, quando alieno morsu et veneno vulneratur, solet adire rutam vel salinam et locum vulneris affricare et sic a periculo veneni liberari, sic homines a quibusdam animalibus multa morborum remedia et rerum virtutes edocti sunt, sic celidoniam herbam visui salubrem hirundines monstravere || qui cum ea pullorum suorum oculis medentur sic dictam herbam ad extrahendas sagittas utilem corvi docuerunt, siquidem percussi telo hoc eius herbe pastu eiiciunt similiter phalangia tacti cancros edendo sibi salutem querunt. Sues etiam a serpentibus lesi eodem sibi pastu medentur.

#### CAPITULUM UNDECIMUM

E converso se habent inimiciciarum inclinationes et sunt sicut odium nature inclinationes eiusmodi et tamquam ira et odium et contrarietas quedam imperiosa ut diffuget suum contrarium tanquam fugiencia a facie eius. Eiusmodi inclinationes habet reubarbarum in coleram, tiriaca

1) *Plin. nat. 10, 207.*

2) *Ov. epist. 15, 37sq.*

in venenum, saphirus in autracem et ardores febriles et egitudines oculorum, ametistus in ebrietatem, iaspis in fluxum, sanguis et noxia fantasmata, smaragdus et agnus castus in libidinem, achates in venena, piama in morbum caducum, corallus in atram bilem, illusiones et dolores stomachi, topasius in ardores spirituales ut sunt avaricie et luxurie et omnes excessus amores et similis est inclinacio formicarum ad cor upupe, a cuius paesencia fugiunt estque etiam solifugis contrarium et salamandro resistit. Similiter dicitur, quod fel corvi fugat et deterret homines a loco, ubi absconditum fuerit cum quibusdam aliis rebus. Sic adamas dissidet cum magnete, ut iuxta positus non sinat ferrum abstrahi et apium ramum, a quo fugiunt oves tanquam a mortifero et, quod mirabilius est, signum huius mortis natura pinxit in epatibus ovium. In quibus figura apii rami descripta naturaliter appetit. Rursus inter animalia dissentiunt mures et mustele. Unde caseos si cerebrum mustele coagulo addatur negant a muribus attingi nec corrupti. Preterea vetustate sic scorpionibus contrarius est stellio in tantum, ut visu quoque pavorem eis afferat et torporem frigidii sudoris itaque in oleo putrefaciunt et interficiunt cum eo ictus in ungentes scorpionum. Est etiam inimicia inter scorpiones et mures. Quare etiam mus suppositus puncture scorpionum curare eam traditur. Fertur quoque serpentibus nihil equi adversari quam cancros suesque percussas hoc pabulo sibi mederi. Sol etiam cum sit in cancro torqueri serpentes, item polipum. In tantum locusta pavet, ut, si iuxta viderit omnino moriatur, locustam congruam, rursus polipum congruam lacerant. Pantheris quoque esse in metu hiena dicitur ut ne conentur quidem resistere et aliquid de corio earum non attingere et si pelles utriusque contrarie suspendantur. Ferunt decidere pilos panthere. Similiter agnus habet inimicicias et noxietatem lupi contra se et horret et fugit ipsum atque timet. Et dicunt, quod si suspendatur cauda vel pellis vel caput lupi supra presope tristantur oves nec comedunt aliquid pre nimio timore. Et refert Plinius<sup>1)</sup>, quod esalon parva avis ova corvi frangens, cuius pulli infestantur a vulpibus. Invicem, hec catulos ipsius ipsamque vellit. Quod ubi vident corvi, contra auxiliantur velut adversus communem hostem. Achantis in spinis vivens iccirco asinos odit flores spine devorantis. Egitus vero avis minima in tantum asino dissentire fertur ut sanguinem eorum constet non coire, olva quoque cum meretrice in tantum dissentit, quod si ab eadem plantata fuerit vel infructuosa perpetuo manere vel omnino arescere dicitur.

1) *Plin. nat. 10, 74.*

## CAPITULUM DUODECIMUM

Insuper considerare debes virtutes rerum inesse quibusdam secundum speciem ut audacia et animositas in leone et gallo, timiditas in lepore et ove, rapacitas seu voracitas in lupo, insidio sitas et fraudulentia in vulpe, adulatio in cane, avaricia in corvo et cornice, superbia in equo, ira in tigride et apro, tristitia et melancolia in catto, libido in passere et sic de similibus. Maxima enim pars naturalium virtutum species comitatur Quedam vero insunt rebus secundum individuum, quemadmodum sunt quidam homines qui vehementer abhorrent aspectum catti, ita ut eam sine horrore gravissimo aspicere non possunt; qui quidem horror non inest ipsis secundum speciem humanam quod manifestum est, sic sunt audacia in meretrice et latrone, timiditas in fure et hoc modo dicunt philosophi, quod individuum aliquod, quod nunquam passum sit, aliquam egritudinem confert omni egritudini. Ideo dicunt, quod os hominis mortui, qui nunquam fuerat passus, febres suspensum supra pacientem liberat a quartana. Insunt || preterea individuis singulares multe virtutes a corporibus celestibus infuse, ut superius monstravimus.

## CAPITULUM DECIMUM TERCIUM

Rursus considerare debes virtutes rerum quibusdam inesse rebus secundum totum, hoc est secundum totam suam substanciam vel omnes eius partes. Sic Risciculus ille echeneis, qui solo tactu fertur mavem sistere, hoc non agit secundum aliquam precipuam sui partem, sed secundum totam suam substantiam, sic hiena habet secundum totam suam substantiam, quod umbreeius contactu canes obmutescant, sic celidonia confert visui non secundum aliquam, sed secundum omnes suas partes non minus radice quam foliis et semine et sic de similibus. Quedam etiam virtutes insunt rebus secundum aliquam eius partem, sicut solum in lingua vel oculis vel aliis quibusdam membris sive partibus, sic in oculis basilisci et catablope est virtus vehementissima interficiendi homines, ubi ipsos viderit. Similis virtus est in oculis hiene, que quocumque animal lustraverit, in vestigio heret, stupescit et movere se non potest. Similis virtus eciam est in oculis luporum quorundam, qui si quem hominem prius viderint stupescit et raucescit, ita eciam ut si clamare voluerit non habet vocis ministerium. De hoc Vergilius meminit, ubi canit<sup>1)</sup>:

... vox quoque Merim,  
Iam fugit ipsa; Merim lupi videre priores.«

Sic et femine quedam in Scithia et apud Illiricos et Triballos, que quociens quem irate aspexerint interimis||se feruntur. Similiter Tel-

1) *Verg. eel. 9. 53 sq.*

chines<sup>1</sup>), Rodi populi, leguntur fuisse, qui omnia aspectu suo in peius commutaverant. Propterea a Iove submersi. Iccirco fascinatores eiusmodi animalium oculis in colliriis utuntur ad similes passioens per fascinations inducendas operaturi. Simili modo formice fugiunt ex corde upupe non ex capite, pede vel oculis. Sic vel stellionum in aqua tritum fertur congregare muscelas, non canda vel caput. Sic habent res plurime diversas virtutes per diversas suas partes diversimode dispersas, prout ipsis secundum receptibilium diversitatem celitus infunduntur, quemadmodum ossa in corpore humano non recipiunt nisi vitam, oculi autem visum et aures auditum et hec virtutes non de clarantur ratione, sed experientia.

#### CAPITULUM DECIMUM QUARTUM

Scire preterea te oportebit quasdam proprietates inesse rebus in vita tantum, quasdam etiam permanere post mortem. Sic echeneis sistit navigia et regulus et catalepa interimunt visu, quando vivunt. Post mortem vero nihil tale agunt. Sic tradunt in torminibus quod anate viva apposita ventri transire morbum anatemque emosi. Simile est, quod dicit Architas: Si accipiatur cor recenter extractum ex animali et adhuc calens atque vivens suspendatur supra pacientem febrem quartanam, tollit eam quod facit si aliquandiu fuisset mortuum. Sic qui transglutit cor upupe vel hirundinis vel muscle vel talpe eo adhuc vivente et palpitante confert ad memoriam, reminiscentiam, intellectum vel divinationem. Hinc ortum est generale preceptum, quod scilicet quecunque colligenda sunt ex animalibus sive lapides sive membra sive superfluitates ut pili, sterlus, ungule ab ipsis animalibus adhuc viventibus demi dicunt atque etiam, si fieri potest, ipsis de post vivis remanentibus. Unde precipiunt quando colligis linguam rane eam vivam remittas in aquam, si colligas dentem vel oculum lupi non ob hoc inter ficias lupum et sic de similibus. Hunc tradit Democritus<sup>2</sup>), si quis extrahat rane marine viventi linguam, nulla alia corporis parte adherente, ipsaque demissa in mare imponat supra cordis palpitationem mulieri dormienti, quecunque interrogaverit vera responsuram. Simili modo oculos ranarum ante solis ortum adalligatis egro ita, ut cecas dimittant in aquas tercianas abigi promittunt eosdemque cum carnibus lustinie in pelle cervina adalligatos prestare vigiliam somno fugato. Tradunt similiter pascinace radius adalligatus umbilico fertur faciles partus facere si viventi ablatus sit ipsaque denuo in mari de missa. Sic ferunt serpentis oculum dextrum adalligatum

1) *Ov. met.* 7, 365 sq.

2) *Plin. nat.* 32, 49.

contra epiphoras prodesse, si serpens viva dimittatur. Item dentes omnium serpentum quando vivis exempti sunt suspensi supra pacientem quartanam sanare dicuntur. Similiter dente talpe vive exemplo ea dimissa sanare dentium dolores nec adlatrare canes caudam muscle, que dicitur et narrat Democritus linguam cameleontis si viventi erepat sit ad iudiciorum eventum || pollere eandemque salutarem esse perturrientius circa domum. Cavendum autem ne domo inferatur, quia esset perniciosissimum.

### CAPITULUM DECIMUM QUINTUM

Que vero proprietates post mortem remanent, dicunt Platonici, quod res, in quibus minus mergitur, idea materie in his adhuc postquam mortue sunt et defuncte fuerint id quod immortale est mirabilia operari non cessat. Sic in herbis et aromatibus avulsis et are factis adhuc viget et operatur ipsa virtus ab idea quondam infusa. Inde est quod sicut aquila in vita sua omnes aves superat et vincit, sic etiam ea defuncta penne eius omnes alias pennas et plumas destruunt et corrodunt. Eadem ratione pellis leonis omnes alias pelles consumit et pelles hyene destruit pelles panthere et pellis lupi corredit pellem agni. Et quedam hec non agunt solum in contactu corporeo, sed etiam quandoque in harmonia vocali sic tympanum factum de pelle agni. Simili modo timpanum factum de pelle ericii marini procul fugat omnia reptilia per quamcumque distanciam sonus eiusmodi auditus fuerit.

### CAPITULUM DECIMUM SEXTUM

Manifestum est, quod omnia inferiora subsunt superioribus et quodammodo, ut inquit Proculus, sibi invicem insunt, scilicet in infimis suprema et in supremis infinna, sic in celo sunt terrena, sed secundum causam modoce celesti et in terra sunt celestia, sed modo terrestri, scilicet secundum effectum, sic dicimus esse hic entia quedam solaria, quedam luminaria, in quibus sol et luna causant aliquid sue virtutis. Unde res eiusmodi recipiunt plures operationes et proprietates consimiles proprietatibus et operationibus stellarum et figurarum, quibus subsunt. Sic cognoscimus solaria esse respectiva cordis et capitis propter leonem solis domum et arietem solis exaltationem, sic martialis conferunt capiti et testiculis propter arietem et scorpcionem. Sed circa ista necessarium est scire, quomodo corpus humanum distribuitur planetis atque signis. Scias, itaque iuxta Arabum traditionem solem preesse cerebro et cordi, lingue vero et ori et zeteris instrumentis sive organis sensuum tam internorum quam externorum preesse, Mercurium spleni, Saturnum epati, Iovem sanguini,

196 f.  
magi vincit, Procl  
tri T. uoy. gr.  
Anno 1900

Martem renibus et testiculis et genitali semini Venerem, stomacho Lunam, singula perinde signa zodiaci sua membra curant. Sic aries caput atque faciem regit, Taurus collum, gemini brachia atque humeros, cancer preest pectori, pulmoni, stomacho et lacertis, leo preest cordi et stomacho et iecori || atque dorso, virgo respicit intestina et fundum stomachi, libra gubernat renos et femur atque nates, scorpius genitalia et vulvam et matricem, sagittarius dominatur femori atque subinguinibus, capricornus regit genua, aquarius crura et tibias, pisces regunt pedes. Huius itaque ordinis memor scias, quod res, que alicui planetarum subsunt, singularem quendam habent aspectum sive inclinationem ad membra eidem planete et suis precipue domiciliis et exaltationi attributa. Relique enim dignitates ut triplicitas termini et facies hac parum habent. Hac igitur ratione Peonia, citraria, garofili, cortices, citri, amaracum, doronicum, cinamomum, crocus, lignum, alves, thus, ambra, muscus et partim mirra medentur capiti et cordi propter solem, arietem et leonem. Arnoglossa herba Martis medetur capiti et testiculis propter arietem et scorpionem et sic de reliquis. Preterea conferunt saturnalia ad tristiciam et melancholiā, Iovialia ad leticiam et dignitatem, Martialia ad audatiam, rixam et iram, Solaria ad gloriam et victoriam et animositatem, Venerea ad amorem, libidinem et concupiscentiam, Mercurialia ad facundiam, Lunaria ad vulgarem vitam.

### CAPITULUM DECIMUM SEPTIMUM

Que vero res cui stelle vel signo subsint, cognoscere difficile est valde. Cognoscuntur tamen quedam per mutationem radiorum vel modus vel figure superiorum, quedam etiam per colores et odores, quedam etiam per suarum operationum effectus quibusdam stellis consonantes. Sic Solaria sunt inter metalla aurum propter splendorem habetque a sole, quod sit cordis confortativum. Inter lapides vero, qui aureis guttis solem imitans virtutem habet contra morbum caducum et contra venena. Sic lapis, qui dicitur<sup>a)</sup> solis oculus, figuram habens similem pupille oculi, ex cuius medio radius emicat, confortat cerebrum, confert visui, sic carbunculus nocte lucens virtutem habet contra omne venenum aereum et vaporosum, sic crisolitus lapis habens in colore teneuem et lucidam viriditatem, in qua, quando soli opponitur stella aurea, emicat, confortat spiritualia, confert asinaticum et quando perforatur et setis asini in foramine repletus sinistro brachio alligatus fugat fantasmatu et terrores melancolicos stulticiamque impellit, sic lapis iris similis in colore cristallo, qui, ut frequenter reperitur, hexagonus, quando sub tecto pars suis radiis op-

<sup>a)</sup> post dicitur *del. oc.*

ponitur et pars altera in umbra tenetur, colligit in se radios solares quos proiiciens reflectendo facit apparere irim in opposito pariete. In helitropia lapis viridis ad modum iaspidis vel smaragdi guttis rubeis stellatus facit constantem || gloriosum et bone fame confert ad vite longitudinem et est virtus eius mirabilis, quam habet in radios solares, quos in sanguinem convertere dicitur, hoc est apparere sanguineos quasi sol pateretur eclipsim, quando scilicet inungitur succo herbe eiusdem nominis et in vas plenum aque ponitur et est alia virtus eius omnibus mirabilior. In oculos seu visum hominum, quorum aciem ita perstringit atque ita obcecatur visum hominum, ut videri non permittat gestantem se quod tamen non facit sine adiutorio herbe eiusdem nominis, que et helitropia vocatur, hoc est solequium. Has virtutes et Albertus magnus et Gwillhelmus Parisiensis in scriptis suis confirmant. Iacinctus etiam habet a sole virtutem contra venena et pestiferos vapores, reddit gestantem tutum et gratum, confert ad divicias et ingenium, confortat cor retentus in ose animum vehementer exhilarat.<sup>a)</sup> Pirofilos lapis rubicundus permixtus, de hoc teste Albertus refert. Aeculapius in una epistolarum suarum ad Octavianum Augustum, quod aliquod venenum est trante frigiditatis, quod cor hominis interempti eodem conservat ab ustione, ita quod si aliquandiu ponatur in igne convertitur in lapidem et hic est ille, qui vocatur pirofilos, ab igne habet mirabilem virutem contra venena et reddit gestantem gloriosum et victoriosum contra adversarios. Pre omnibus autem solaribus est lapis, qualem invenisse fertur Apollonius nomine pantauram, qui alias lapides ad se trahit sicut magnes ferrum || contra omnia efficacissimus. Item solaria sunt auri pigmentum aureique colores et<sup>a)</sup> luminis plurimum. Ex plantis vero sunt solares, que vertuntur ad solem, ut helitropia, et que implicant in se folia recedente sole oriente vero explicant paulatim, ut lotus quam quidem arbusculam solarem esse et fructuum et foliorum figura testatur, ut peonia zinziber, sentiana dictamus, verbena quoque prestans vaticinium et expiationem fugansque caccodemones, laurus etiam Phebo sacer. Item Zedoaria crocus, balsamus, ambra et muscus. Inter animalia vero Solaria sunt, que sunt magnanima, animosa, studiosa victorie et glorie, ut leo, crocodilus, aquila, orlo sive cignus et que quasi quibusdam hymnis applaudunt surgenti soli et quasi advocant ut gallus, corvus et que colligunt solis operum similitudinem ut vermiculi nocte lucentes, scorabeus quoque, qui pillulas volvit ac desuper incubat aliosque generat. Appionis interpretatione hoc ipso solis operum similitudinem colligens solaris esse iudicatur et que ex eis sunt.

<sup>a)</sup> post exhilarat del. profilos c.  
<sup>b)</sup> post et del. color c.

### CAPITULUM DECIMUM OCTAVUM

Lunaria vero sunt inter metalla ut argentum, inter lapides ut cristallus, argentea marcasita et omnia alba, humida et viridia, lapis selenitis, id est lunaris, || ex candido translucens, melleo fulgore, motum imitans lunarem, lune figuram in se habens, redditque eam in dies singulos crescentis minuentis numero. Inter plantas lunares sunt, ut selenitropia, que vertitur ad lunam, quemadmodum heliotropia ad solem. Sic herba chinostatis, que crescit et decrescit cum luna, scilicet in substancia et numero foliorum, non in humore solum et virtute, nam et hoc singule plante a luna quodam modo genere habent preter cepe, quod solum contra lune augmenta et decrementa minuendi vires et augendi contrarias habet. Animalia lunaria sunt ut caucer, torpedo, rana et que terram simul cum aqua incolunt ut castor. Preterea animalia omnia monstrosa et que absque manifestis seminibus generantur et que lunarem motum quodam modo observant et imitantur ut cancer et que huiusmodi sunt ut sanguis menstruus, de quo multa mira et monstrifica fiunt apud magos.

### CAPITULUM DECIMUM NONUM

Saturnalia sunt ut plumbum et propter pondus aurum aureaque marcasita, inter lapides ut fuscus iapsis, calcidonus magnes et omnia terrea fusca et ponderosa, inter plantas ut affodillus mandragora apium et que stupefaciunt et que neque seruntur unquam neque fructus ferunt et que nigrantes baccas nigrosve fructus producunt ut ficus atra et similis. Animalia, reptilia, segregata solitaria, nocturna, tristia, contemplativa vel penitus lenta, avara, timida, melancolia, multi laboris et tardi motus ut bubo, talpa, basiliscus, vespertilio, upupa, asinus, corvus, lupus, lepus, mula, draco, cattus, formica, testudo, bufo.

### CAPITULUM VICESIMUM

Iovialia sunt ut stannum, argentum et aurum propter temporanciam, inter lapides ut iacinctus, berillus, smaragdus, iaspis viridis et perpetuo virides aereique colores, inter plantas ut barba Iovis, lilium, iusquiamus, populus et que felices arbores traduntur, ut quercus, aesculus, ilex, fagus, corilus, sorbus, ficus alba, pirus, malus, vitis, prunus, fraxinus et cornus. Inter animalia sunt, que preferunt aliqualem dignitatem et sapientiam, et que sunt mitia et bone discipline ac bonorum morum ut cervus, taurus, agnus, pavo, phasanus, hirundo, pellicanus.

### CAPITULUM VICESIMUM PRIMUM

Martialia sunt ut ferrum, es rubeum et omnia ignea rubea et sul

furea, inter lapides ut adamas, magnes, lapis sanguinalis inter plantas ut elleborus, allium, euforbiu[m], cartabana et que pungentibus spinis munite sunt vel contactu suo cutem urunt, pungunt vel ampullant ut cardo, urtica, flammula. Animalia, que sunt bellicosa, rapacia, audacia et perspicue imaginationis ut equus, accipiter, vultur et que dire et ferales aves dicuntur ut noctue, allule, tynnuncule, milvi et que semper rapacissime et semper famelice sunt et que glaciunt et quasi vocem strangulatim emittunt ut corvi et cornices. ||

### CAPITULUM VICESIMUM SECUNDUM

Venerea sunt ut est croceum atque rubeum, inter lapides saphirus iaspis viridis, corneola lapis, aetites lapis, lazuli corallus, omnesque pulcri, varii, albi vel viridis coloris, inter plantas ut verbena, viola, capillus Veneris, herba Lucia sive Valeriana, que arabice dicitur fu. Animalia deliciosa, luxuriosa, fortis amoris, ut cignus, columba, turtur, passer, motacilla, hirundo.

### CAPITULUM VICESIMUM TERCIUM

Mercurialia sunt, ut argentum vivum, stannum, marcasita argentea, inter lapides smaragdus, lapis achates, vitrum et que croccum cum viridi miscent, inter plantas ut pentafiletum et mercurialis, animalia sagatia, ingeniosa, strenua, versatilis ingenii, ut canis, simia, muscela, pica, philomena et animalia hermofroditica et que utrumque sexum vicissim mutuant ut lepus et simia.

### CAPITULUM VICESIMUM QUARTUM

Preterea quicquid in toto sublunari mundo reperitur iuxta planetarum dominiam afficitur virtuteque sortitur, sic in igne vivificum lumen, Soli, calor, urens Marti, in terra ruperficies varia Mercurio, moles autem tota Saturno. At in mediis elementis, ubi regit humor aereus subiacet Iovi, aqueus vero || Lune, mixtus autem obtemperat Veneri. Simili ratione in natura cause agentes sequuntur Solem, materia vero Lunam, fecunditas causarum agentium Iovem, fecunditas materie Venerem, expeditio velex ad effectum, Martem et Mercurium illum propter vehementiam hunc propter dexteritatem multiformemque virtutem cunctorum autem continuatio permanens Saturno dedicatur.

### CAPITULUM VICESIMUM QUINTUM

Similis per omnia ratio est de figuris stellarum fixarum habenda. Sic

arieti celesti volunt subesse arietem terrestrem et tauro celesti taurum atque bovem terrestrem, sic cancro cancros, leoni leones, virgini virgines et scorpius presidet scorpionibus et capricornus capris et signo piscium subsunt pisces, similiter ursa celestis presidet ursis, idra serpentibus et cani subsunt canes et sic de singulis. Preterea ex stellis insignioribus iuxta Hermetis et Thebit doctrinam hic aliquas enumerabo quarum prima dicitur caput algol preest ex lapidibus adamanti, ex plantis elleboro et arthemiste. Secunda dicitur pleiades presidet ex lapidibus cristallo et diodoco, ex plantis herbe diacedon et feniculo. Preterea subesse sibi volunt ex metallis argentum vivum; tercia aldeboran habet sub se ex lapidibus corbunculum et rubinum, ex plantis titimallum et matri silvam. Quarta dicitur hircus. Hic tenet || ex lapidibus saphirum, ex plantis marubrium sive prassiam mentam arthemisiam et mandragoram. Quinta canis maior; hic habet sub se ex lapidibus berillum, ex plantis savinam, arthemesiam et draconteam, ex animalibus preterea linguam colubri; sexta canis minor habet ex lapidibus achatem, ex plantis florem helitropii et pulegii, septima cor leonis habet ex lapidibus granatum, ex plantis celidoniam cum arthemesia et mastice, octava cauda urse maioris habet ex lapidibus magnetem, ex plantis circoream et arthemisiam cum flore province ex animantibus dentem lupi. Nona dicitur ala corvi. Huic subest ex lapidibus onychinus, ex plantis lapacium iusquiamus et consolidata ex animantibus vero lingua rane. Decima spica habet sub se ex lapidibus smaragdum, ex plantis salinam trifolium provinciam seu promacullam arthemisiam et mandragoram. Undecima dicitur alchamech, prest ex lapidibus iaspidi, ex plantis plantagini; duodecima elpheia, huic subest ex lapidibus topasius, ex plantis preest rori marino trifoloi et hedere. Decima tercia dicitur cor scorponis. Huic subest ex lapidibus sardonius et ametistus, ex plantis aristologia longa et crocus. Decima quarta vultur cadens. Huic subest ex lapidibus crisolitus, ex plantis saturegia et fumus terre. Decima quinta cauda capricorni dicitur. || Hec tenet ex lapidibus calcidonium, ex plantis maioranum, arthemisiam, nepitam et radicem mandragore.

#### CAPITULUM VICESIMUM SEXTUM

Nunc si optas ex aliqua mundi parte stellave virtutem accipere adhibitis que ad stellam talem attinent eius proprium subis influxum velut lignum per sulfur, picem et oleum paratum ad suscipiendum flammarum nihilominus quando cuidam rerum speciei vel individuo rite adhibes. Multa, que sparsa sunt, eiusdem inter se idee ac stelle conformia mox per materiam singulare munus ab idea infunditur per rationem anime mundi. Deus autem oportune paratam scilicet sub harmonia simili har-

III, 8 fol p.  
459 vindem.

III, 1 fol.  
431

III, 1 p. 12

monie, que quondam virtutem infuderat materie. Nam licet res virtutes aliquas quales diximus habeant, tamen ille virtutes ita delitescentes sunt, quod raro opus aliquod ab illis tali virtute perfectum exstat, sed sicut in grano sinapis ipsa contusio latentem excitat acuitatem et sicut calor ignis literas scriptas succo cepe vel lacte producit in aspectum prius delitescentes et littere hirci adipe lapidis inscripte prorsus occulit quando submergitur lapis acetō prodeunt et quasi sculpte eminentes extant atque sicut tactus scope vel arbuti rabiē suscitat consopitam, sic ipsa harmonia celestis || latentem in materia virtutem prodit, excitat, corroborat et manifestam efficit ac, ut ita loquar, de potencia producit in artum, quando res sibi celesti oportunitate rite exponuntur, exempli gratia: Quod si cupis a solo virtutem attrahere, quere que sunt solaria inter vegetabilia, plantas, metalla, lapides et animantia. Hec sunt adhibenda, hec assumenda etiam que in ordine solari sunt superiora. Hec enim magis conferunt sic singulare munus a sole trahes per radios solis simul oportune susceptos perque spiritum mundi.

#### CAPITULUM VICESIMUM SEPTIMUM

Compertum habemus in natura inferiori non inveniri. In uno quodam comprehensas cunctas superiorum corporum dotes. Sed per plures apud nos species esse dispersas sive sunt plures res solares, quarum tamen unaqueque non cunctas solis complectitur virtutes, sed alia res alias habet a sole proprietates. Quare aliquando necesse est in operationibus fieri mixtiones, ut, si centum vel mille solis virtutes per tot plantas, animalia et similia sparse fuerint, possumus hoc simul conflare et in unam confidere formam, in qua dictas virtutes iam omnes unitas videberis habere. Est autem in commixtione virtus duplex, scilicet partibus suis prius insita est et celestis alia per certam et artificiosam multarum rerum || invicem confusarum secundum certas proporciones commixtionem qualis cum celo conseniat sub certa constellatione acquisita et hec virtus descendit per similitudinem et habitudinem quandam rerum adinvicem cum superioribus pro ut sequentes virtutes antecedentibus gradatim correspondent, ubi presertim paciens ad suum insuper agens accommodatur, sic ex certa quadam herbarum, vaporum et similiū compone tuin phisice tum astronomice confecta resultat<sup>a)</sup> communis quedam forma pluribus siderum dotata muneribus. Omnis autem commixtio, que constat ex pluribus, tunc est perfectissima, quando ita ex suis partibus conglutinatur, ut unum fiat. Undique sibi constet neque facile dissipetur quando itaque aliquis commixtionem fabricat ex multis materiis sub celestibus

<sup>a)</sup> post resultat del. species c.

II 18 p. 219

II 4 p. 131

II 18 p. 162

Hec

II 18 p. 116

influxibus, tunc varietas illinc quidem celestium actionum. Hinc vero potentiarum naturalium congregata facit quedam mirabilia per ungenta, per colliria, per suffumigationes, per suspensiones, per similia qualia vide-licet leguntur in libris kyrannidis, Archite, Democriti, Hermetis, qui Alchorat inscribitur.

### CAPITULUM VICESIMUM OCTAVUM

Sciendum vero quo alicuius rei nobilior forma est eo res ipsa promptior est et propensior ad recipiendum, eo etiam potentior ad agendum. Redduntur itaque incomprehensibilia rerum mirabilia, quando scilicet materiis commixtis oportunisque temporibus preparatis sub fimo vel alibi ad vivificandum ponuntur, vitam illis ex stellis animamque sensibilem tanquam nobiliorem formam conciliando. Tanta enim est in materiis preparatis potencia, quas tunc demum vitam adipisci videmus, quando qualitatum perfecta commixtio priorem iam contrarietatem fregisse videtur, perfectiorem vero vitam, quatenus complexio a contrarietate est remotior. Celum vero causa prepotens ab inicio cuiusque rei generande concoctio ne materie et digestione perfecta celestes influxus dotesque mirificas cum vita simul largitur, quatenus in ipsa vita animaque sensibili est apprehensio ad nobiliores virtutes ac sublimiores concipiendas. Virtus preterea celestis alibi quidem sopita iacet ceu sulfur a flamma remotum. In viventibus vero corporibus sepe flagrat sicut sulphur accensum cum vapore suo proxima omnia complet sic miranda quedam opera procreantur qualia leguntur in libro nemith qui et legum Plutonis inscribitur, quia eiusmodi generationes monstrosoe sunt neque secundum leges nature producuntur. Oportet itaque cognoscere, que et quales materie sive natura sive arte inchoate vel perfecte sive ex pluribus aggregate et quales celitus influxus suscipere possunt. Congruitas enim rerum nostrarum ad celestia sufficit, ut ab illis hauriamus influxum, quia cum nihil prohibet ad inferiora celestia lumen suum diffundere nullam materiam permittunt expertem fore sue virtutis; quapropter quantum cumque materie perfectum ac purum est ad celestem influxum non est ineptum. Ea enim est colligantia et continuitas materie ad animam mundi, que continue influit super naturalia et super omnia, que natura preparavit, ut impossibile sit preparata materia non influi vitam et nobiliosem quandom formam.

### CAPITULUM VICESIMUM NONUM

Trahitur quoti die aliquid naturale per artem, trahitur quotidie diuinum aliquid per naturam, quod intuentes Egipeii naturam magam vo-

cavere, hoc est vim ipsam magicam in attractu simillium per similia et convenientum per convenientia. Attractus autem eiusmodi per rerum mutuam convenientiam ad se invicem superiorum cum inferioribus Greci sympathiam vocaverunt, sicut convenit cum terra, aqua fugiditate; aqua cum aere humore, aer cum igne calore. Ignis convenit cum celo in materia nec miscetur, ignis cum aqua nisi per aerem nec aer cum terra nisi per aquam. Sic nec miscetur anima corpori nisi per spiritum nec intellectus spiritui nisi per animam. Sic videmus cum natura fetus corpus humanum figuraverit hoc ipsi preparamento spiritum statim ab universo ducit. Spiritus hic fomes est ad animam corpori copulandam, anima fomes est in spiritu corporeque ad intelligenciam mentemque divinitus consequendam, sicut in ligno siccitas parata est ad penetraturum || oleum. Oleum hinc imbibitum esca est ad ignem. Ignis ipse tuminis est vehiculum. His exemplis videmus, quomodo certis quibusdam preparamentis naturalibus et artificialibus celestia quedam dona desuper suscipere possumus. Rursus autem in spiritualibus convenit planta cum bruto vegetatione, brutum cum homine sensu, hic cum demone intellectu; Ille cum Deo immortalitate jungitur, divinitas menti, mens intellectui, hic intentioni, hec imagini, illa sensationi, ea sensibus, ipsi tandem rebus. Ea enim est nature colligantia et continuitas, ut omnis virtus superior per singula inferiora longa et continua serie radios suos disperriendo usque ad ultima fluat et inferiora per singula superiora ad suprema perveniat. Sic enim inferiora ad superiora invicem connexa sunt, ut ab eorum capite prima causa tanquam corda quedam tensa usque ad infima procedat, cuius si unum extreum tangatur tota subito tremet ut videlicet tactus eiusmodi usque ad alterum extreum resonat.

### CAPITULUM TRICESIMUM

Tradunt magi per inferiora superioribus conformia posse oportunis celi influxibus celestia dona trahi atque sic quoque per hec celestia celestes demones prout stellarum pedissequos nobis conciliari et insinuari. Quare certis quibusdam materiis naturalem vim divinitatis habentibus hoc est que naturaliter superis consentane || sunt rite collectis partim phisice partim astronomice. Undique oportune conflatis dona non solum celestia et vitalia, verum etiam intellectualia, quedam demonica et divina desuper suscipere. Iamblicus, Proculus atque Sinesius confirmant Ea enim est mundi concordia, ut etiam supercelestia trahantur et celestibus et supernaturalia a naturalibus trahantur atque conspirent, quia una virtus opifex et specierum participatio per omnia diffiniuntur, que quidem virtus opifex, sicut ex occultis rationibus manifesta producitur, ita magnus assumit manifesta occulta, ut attrahat per stellarum radios, per

suffumigationes, per lumina, per tonos, per res naturales celestibus congruas, quibus ulna corporeas qualitates. Insunt etiam rationes et sensus et numeri et mensure incorporee atque divine. Sic legimus antiquos certis rebus naturalibus divinum aliquod et mirandum suscipere solitos, sic lapis, qui nascitur in pupilla oculorum hiene sub lingua retentus divinationem prestare dicitur. Idem fertur selmitis lapis lunaris efficere, sic Anchitide dicunt evocari. Imagines deorum sinochide umbras inferiorum evocatas teneri, simile de aglaopotui herba que et marmoritudes vocatur in marmoribus Arabie nascens persico latere. Narrat Plinius magos ea uti, cum velint deos evocare esseque herbam theangelidam nomine, qua pota magi divinent. Preterea etiam esse herbas quasdam, quibus mortui revocentur ad vitam. || Unde pantus historicus narrat herba quedam occisum draconis catulum vite restitutum a parente eademque chilonem, quem draco occiderat, resuscitam et iubare. Fert in Arabia herba quadam hominem revocatum ad vitam. Et Apuleius ostendens ritum eiusmodi revocationem simile narrat<sup>1)</sup> de Zachla Egiptio propheta. Inquiens: »Propheta sic propiciatus herbulam quampiam ob os corporis et aliam pectori eius, imponit. Tunc orientem obversus vel incrementa solis augusti tacitus inprecatus venerabili scena facies et ad studia presentium miraculum tantum certatim adrexit, iam tumore pectus extolli, iam salubris vena pulsari, iam spiritu corpus impleri; et adsurgit cadaver et profatur adolescens.« Verum ego posse talia revera fieri ut herbarum vel cuiusvis alterius rei naturalis in hominem affirmare non ausim neque credo posse autem fieri in ceteris animantibus. Non equidem credo, sed scio sic musce submerse si ponantur in cineribus tepidis reviviscunt et apes submerse similiter vitam recuperant. In succo nepite et anguille defectu aque mortue, si corpore integro existente ponantur sub fimo in aceto et addatur de sanguine vulturis post paucos dies omnes recuperant vitam. Scimus quoque pellicanum necatos pullos suos revocare ad vitam proprio sanguine.

### CAPITULUM TRICESIMUM PRIMUM

Nemo ignorat malos demones malis ac prophanis actibus allici posse, quemadmodum narrat Psellus gnosticos magos consuevisse. Similiter in sacris priapi, ubi execrande et abhominabiles turipitudines exequabantur. Similiter in servicio idoli, quod vocabatur panor, cui pudendis discopertis sacrificabatur. Simile est, quod legitur de templariorum detestanda heresi et similia horum de maleficis mulieribus constant, que quidem anilis dementia sepe in eiusmodi flagiciis errare deprehenditur. His

1) *Apul. met.* 2, 28—29.

igitur et horum similibus mali demones alliciuntur atque conspirant, quemadmodum malignus ille demon de cinope. Omnis, inquit, potestas sathanæ illic inhabitat et coniurationem init cum universis principatibus et pariter nos ipsi cum eo et obedit nobis cinops et nos vicissim obedimus illi. Nemo rursus ignorat e converso bonis operibus pura mente mysticis orationibus, devotis suppliciis et similibus supercelestes angelos conciliari. Quis ergo dubitet simili modo zertis quibusdam mundi materiis mundana numina quoque allici posse vel saltem demones horum numinum ministros sive pedissequos, ut inquit Mercurius, demonas aereos non supercelestes nedum sublimiores. Sic legimus veteres sacerdotes fecisse statuas et imagines futura pronunciantes spiritusque stellarum ipsis indidisse non tam materiis certis cohibitos quam eisdem gaudentes, quatenus videlicet eiusmodi materias ipsi sibi congruas dinoscentes semper libenterque habitant in eisdem perque illas loquuntur mirabiliaque efficiunt non secus atque soleant demones humana corpora occupantes.

### CAPITULUM TRICESIMUM SECUNDUM

Suffumigationes etiam quedam ad stellas accomodate multum possunt, quatenus aerem spiritumque vehementer afficiunt ad dotes celestes oportune sub stellarum radiis capessendas. Spiritus enim noster abs huiusmodi vaporibus plurimum transmutatur. Siquidem uterque sit vapor quidam alterius similis. Aer etiam per dictos vapores inferiorum et celestium qualitatibus facillime affectus nos undique in precordia assidue et repente penetrans ad similes nos mirabiliter redigit qualitates. Quare vaticinaturo adhiberi solent suffumigationes ad phantasiam afficiendam, que quidem certis numinibus consentane ad divinam inspirationem suscipiendam nos accommodant. Quantum vero suffumigationes in aerem possint, nemo miratur, qui dicat cum Porphyrio certis quibusdam vaporibus a propriis suffumigationibus exhalantibus aereos demones statim allici et insinuari quandoque tonitrua et fulmina et similia induci, quemadmodum iecur cameleontis in summis tegulis ustum constat imbres et fulmina incitare, similiter caput et guttur, si roboris lignis accendatur. Imbrium et tonitruum concutus facere dicitur. Fiunt eciam suffumigationes sub oportunis stellarum influxibus facientes demonum idola in aere vel alibi protinus apparere. Preterea certis suffumigiis quedam animalia congregari vel fugari, sicut de lipare refert Plinius. suffito omnes bestias evocari, sic e summo gutture cervi ustis ossibus congregari, serpentes cornu vero cernino suffito frugari. Idem faciunt penne pavonum suffite similiter accenso pulmone asini venenata omnia fugere, ungula equi suffita in domo aliqua effugari mures. Idem fieri ex ungula mule muscas quoque ea fugari, si de sinistro pede fuerit vapore autem huius-

II 35. 182

modi corpus aliquod afficere et virtutem huic infundere atque diutissime perseverare non secus arbitrandum est atque contagiosus quidam ac venenosus pestilencie vapor etiam ultra biennium. In pariete domus servatus habitantes inficit ac qualis ex epidimia vel lepra latens in veste calamitas diu postea inficit utentem. Iccirco imaginibus et annulis et similibus magie instrumentis suffumigationes certe adhibentur, quas haud parum conferre Porphirius testatur, sic ubi ad solem opus aliquod dirigimus suffumigamus cum solaribus, si ad lunam cum lunaribus et similiter de ceteris faciebant.

### CAPITULUM TRICESIMUM TERCIUM

Sic conficimus pro sole suffumigationem ex croco ambra musco ligno aloes, ligno balsami et ex fructibus lauri cum gariofilis et mirra et thure que omnia contusa et cum certa proportione commixta videlicet que suaviorem reddat odorem. Incorporentur cum cerebro aquile et sanguine galli albi in modum pillularum vel trocistorum. Lunarem vero suffumigationem conficimus ex capite rane arefacto et oculis cancri et semine papaveris albi cum thure et camphora, que incorporabuntur cum sanguine menstruo et sanguine upupe pro Saturno capitur, semen papaveris nigri, semen iusquianni, radix mandragore, lapis magnes et mirrha et conficiuntur cum cerebro catti et sanguine vespertilionis. Pro Iove accipitur semen iusquiami lignum aloes, gummi, benzae, lapis lazuli et de summitate pennarum pavonis et incorporantur cum sanguine hirundinis et cerebro ceruino. Pro Martecapimus euforpii udellii thuris radicis utriusque ellebori lapidis magnetes et parum sulfuris et incorporantur cum cerebro corvi sanguine humano et sanguine catti nigri. Pro Venere conficimus fumigium ex muscoambre ligno aloes verbena cum lapide lazuli et corallo rubso et conficiuntur cum cerebellis passerum et sanguine columbarum. Pro Mercurio fit suffumigium ex mastice thure gariofilis et herba pentafilon et lapide gagatis et lapide achates et incorporantur omnia cum cerebro mustele et sanguine pice. Scias || preterea iuxta magorum sententias, quod in omni opere bono ut sunt amor, benevolencia et similia suffumigium debet esse bonum redolens et preciosum, in malo autem opere ut sunt odium, discordia, calamitas et similia suffumigium debet esse fetidum et vile. Species vero, quibus utimur ad bonum suffumigium sunt sicut lignum aloes, ambra, muscus, spica, thus, mastix, crocus, thimiamma, nux<sup>a)</sup>, muscata, gariofili, cynamomum et eiusmodi; ad malum vero sunt sicut sulfur, atramentum, mirra, sandaler ruber, fex, oleum, stercus, pix, poma putrida acetum et vinum putrefactum et fex vini.

<sup>a)</sup> post nux del. mc' e.

## CAPITULUM TRIGESIMUM QUARTUM

Fascinatio est ligatio, que ex spiritu fascinantis per oculos fascinati ad cor ipsius in gressa pervenit. Fascinationis autem instrumentum spiritus est, scilicet vapor quidam purus, lucidus, subtilis a cordis calore ex puriori sanguine generatus. Hic similes sibi radios per oculos semper emittit. Radii isti emissi vaporem spiritalem secum ferunt. Vapor ille sanguinem, sicut apparet in lippis ac rubentibus oculis graduis usque ad obvios spectantis oculos emissus vaporem una secum corrupti sompnis trahit, cuius contagione cogit spectantis oculos morbo simili laborare. Sic patefactus et in aliquem intentus || oculos cum forti imaginatione pro suorum radiorum aculeis, qui spiritus vehicula sunt ipsum in adversos oculos iaculatur, qui quidem lentus spiritus fascinati diverberans oculos cum a percipientis corde incitatur percussi precordia tanquam regionem propriam sortitus cor vulnerat et spiritum inficit peregrinus hic spiritus. Unde Apuleius<sup>1)</sup>: »Isti«, inquit, »oculi tui per meos oculos ad intima delapsi precordia acerrimum meis medullis commovent incendium.« Scias itaque homines tunc maxime fascinari, quando frequentissime intuitu aciem visus ad aciem dirigentis oculi oculis reciproce inhiant, radii radiis copulantur et lumina iungunt luminibus, tunc spiritui spiritus iungitur et scintillas defigit, sic fortissime ligationes, sic amares acerimini solis oculorum radiis accenduntur, etiam vel repentina quodam intuitu. Tanta est fascinationis potencia, presertim quando affectui vaporess oculorum subserviunt. Iccirco utuntur fascinantes colliriis, unionibus, alligationibus et eiusmodi ad spiritum tali vel tali modo afficiendum et corroborandum, ut ad inducendum amorem colliriis utamur venereis ex hippomane sanguine columbarum vel passerum et ex similibus confectis ad inducendum timorem. Colliriis utamur Martialibus, ut ex oculis luporum, hiene et similibus confectis ad calamitatem vel egritudinem utamur Saturnalibus similis de singulis ratio est habenda. ||

## CAPITULUM TRIGESIMUM QUINTUM

Colliria enim naturalium celestiumque vires conspirantia circa spiritum nostrum possunt eum multiplicare, transmutare, transfigurare, transformare alias aliter. Iam vero et transpositionem inducere potentiarum illarum, que sibi insunt, ut iam non solum possit in proprium corpus agere, sed etiam in propinquum atque illud per radios visuales perque fascinationes et eiusmodi contactus quadam simili affici qualitate. Spiritus autem noster, quia vapor est sanguinis purus, subtilis, lucidus,

1) *Apul. met. 10, 3.*

aereus atque unctuosus, iccirco conducit colliria ex similibus vaporibus conficere, qui cum spiritu nostro magis consonant. In substantia tum propter similitudinem magis illiciunt, attrahunt spiritumque transformant. Similes virtutes unguenta quedam et alie confectiones possident. Hinc per contactus quandoque egritudines, beneficia vel amores inducuntur quibusdam rebus manibus vel vestibus, iniunctis similiter per ocula quibusdam rebus in ore retentis amores inducuntur, ut apud Vergilium legimus<sup>1)</sup>:

»Ut, cum te gremio accipiat letissima Dido  
Regales inter mensas laticemque Lyeum,  
Et dabit amplexus atque oscula dulcia figet,  
Occultum inspires ignem fallaxque venenum.«

Visus autem, quia purius et reliquis sensibus clarius senciens acutiusque ac altius nobis rerum notas infigens maxime ac plus convenit cum spiritu phantastico, quod apparet in somniis, ubi sepius nobis visa sese offerunt quem audita vel relique sensationes. Iccirco colliria, quando visualem spiritum transformant, spiritus ille imaginationem facile afficit, que quidem diversis speciebus ac formis affecta ipsas per eundem spiritum transmittit ad sensum exteriorem. Visus quoque casu causatur in eo talium specierum ac formarum sensatio suo modo ac si ab extrinsecis obiectis moveretur, ut putet se videre imagines terribiles, demones et similia. Sic fiunt coliria facientia nos demonum umbras in aere vel alibi protinus aspicere, sicut efficit collirium quoddam, quod ex felle hominis et oculis catti nigri et ex quibusdam aliis rebus conficitur. Simile huic etiam ex sanguine upupe, vespertilionis ac hirci conficitur, sic fiunt etiam quedam suffumigationes vel inunctiones, que faciant dormientes loqui, ambulare et exercere opera vigilantium atque etiam quandoque que vigilantes vix possint vel ausint quedam nos faciunt audire sonos horrendos vel delectabiles nusquam presentes et eiusmodi. Hec eadem causa est, cur maniaci ac melancolici cedunt se ea videre vel audire extrinsecus, que non nisi intrinsecus imaginatio fantasiatur. Hinc timent non timenda et in suspiciones mirabiles ac falsis simas incidunt et fugiunt nemine persequente, irrascuntur et licetantur nemine presente, timent, ubi non est timor. Hec et eiusmodi similes passiones magicis quibusdam confectionibus simili modo inducuntur, videlicet per suffumigationes, colliria, unguenta, potiones, philtra et eiusmodi.

#### CAPITULUM TRICESIMUM SEXTUM

Anima mundi, quando per suam virtutem omnia vel naturaliter gene-

---

1) *Verg. Aen. I, 685—688.*

rata vel artificialiter facta fecundat infundendo ipsis proprietates celestes ad aliquos mirabiles effectus, quos operantur, tunc res ipse non solum assumptae per suffumigationes vel colliria vel unguenta vel potionem vel aliquo eiusmodi modorum, verum etiam, quando convenienter quandoque involute alligantur vel e collo suspenduntur vel alias supponuntur etiam vel levissimo tactu sua propinquitate suam promunt virtutem. Per has itaque alligationes, suspensiones, involutiones, suppositiones, contactus corporis et anime accidentia mutantur in egritudines, insanitates in audaciam, in timorem, in tristiciam, in leticiam in similia et reddunt gestantes graciosos vel terribiles, acceptos vel odiosos, honoratos et dilectas passiones autem huiusmodi tibi per supradictam infundi non secus arbitrantur quam ut in insitionibus arborum manifestum est, ubi || virtus vitalis transfunditur a trunco in surculum illi insitum cum alia ligatura, qua contactus sibi invicem non hereant, sic in palma feminina, quando appropinquat ad masculinam, rami eius declinant ad masculum et incurvantur, quod videntes hortulanii ligant funes de masculo ad feminam, que redit erecta super se ipsam tanquam iam adepta sit per continuacionem funis masculi virtutem. Simili modo videmus, quod torpedo marina etiam per longissimam<sup>a</sup>) virgam procul tacta subito manum stupefacit tangentis. Iam his exemplis videmus, quomodo vel homo vel aliud quidam certis quibusdam alligationibus vel suspensionibus et quodam modo per alicuius filii continuationem quasdam virtutes inde suspicere possit. Oportet autem nosse certam suspendendi legem ac modum huic articilio congruentem, ut scilicet fiant sub certa constellatione et consona et fiant dicte alligationes et suspensiones cum filiis metallinis vel sericeis vel ex capillis vel nervis vel pilis vel setis certorum animalium factis. Involutiones vero fiant in foliis herbarum vel pelliculis animalium vel certis panniculis et similibus, quatenus res inter se consenciant, ut, si solarem alicuius rei virtutem tibi conciliaturus fueris, hanc involutam lauri folio vel pelle leonis filo aureo vel sericeo crocei coloris suspendas colo sole in figura celi regnante. Sic enim solaris virtutis huius rei poteris evadere compos. Si Saturnalis rei alicuius || virtutem optas, hanc simili modo Saturno dominante involvas pelle asini vel<sup>b</sup>) panniculo funerali presertim si ad tristiciam operaris filo nigro suspendas et simili modo de reliquis estimandum est.

### CAPITULUM TRICESIMUM SEPTIMUM

Annuli etiam, quas semper magni fecit antiquitas, quando oportune fabricantur, simili modo in nobis promunt virtutem, quatemus gestan-

<sup>a)</sup> post longissimam del. viam c.

<sup>b)</sup> post vel del. pel c.

tem spiritumque vehementer afficiunt letum vel tristem mansuetum vel terribilem timidum vel audacem, amabilem vel odiosum etiam, quatenus muniunt nos contra egritudines, venena, hostes, cacodemones et contra quevis alia noxia vel nos obligant eisdem. Modus autem construendi annulos eiusmodi talis est: Quando scilicet stella aliqua ascendit fortunata et a luna feliciter aspecta vel sibi coniuncta, debemus lapidem herbamque huic stelle subditam accipere atque annulum ex metallo huic stelle conformi fabricare et in eo lapillum infigere herba vel radice subiecta; deinde inscriptiones imaginum, nominum, caracterum, preterea etiam suffumigationes non pretermittere, sed hec alibi discutiemus, ubi de imaginibus et caracteribus tractandum est. Sic legimus apud Philostratum hiarcam sapientum Indorum principem septem annulos hac lege confectos septem planetarum virtutibus ac nominibus insignitos tradidisse Apollo || nio, quos ille postea singulis diebus singulos gestaverit iuxta dierum nomina distinguens. Simili modo Moses, Hebreorum legislator a princeps, qui in Egipto magia imbutus fuit, annulos amoris et oblivionis confecisse legitur.

#### CAPITULUM TRICESIMUM OCTAUUM

Passiones autem nihil aliud sunt quam motus quidam sive inclinationes provenientes ex apprehensione alicuius rei tanquam boni vel mali convenientis vel inconvenientis. Apprehensiones autem eiusmodi sunt triplices, videlicet sensuales, racionales, mentales et secundum has triplices sunt in anima. Passiones nam quandoque sequuntur apprehensionem sensitivam et tunc respiciunt bonum vel malum temporale sub ratione comodi vel incomodi et dicuntur passiones animales. quandoque sequuntur apprehensionem rationalem et sic respiciunt bonum et malum sub ratione iusti et iniusti, veri ac falsi et tunc dicuntur passiones intellecutales sive sinderensis. Subiectum autem passionum anime est ipsa vis anime appetitiva et dividitur in concupiscibilem et iras cibilem et utraque respicit bonum et malum, sed diversimode. Vis enim concupiscibilis quandoque respicit bonum et malum absolute et sic causatur amor seu libido et e contra odium, vel respicit bonum ut absens et sic cupidatis causatur seu desiderium et malum ut absens, sed ut imminens et sic causatur horror, fuga et abominatio vel respicit bonum et malum ut presens et adeptum et sic oritur hinc delectatio, leticia, voluptas, inde tristitia, angustia, dolor. Vis autem irascibilis respicit bonum et malum sub ratione difficultatis ad adipiscendum sive obtainendum, fugiendum seu depellendum et hoc quandoque cum fidentia et sic causatur hinc quidem spes, inde vero audacia, quandoque cum diffidentia et sic oritur desperatio et metus sive timor, quandoque vis ipsa irascibilis surgit in

vindictam et hoc fit solum circa malum preteritum tanquam iniurie seu lesionis et sic causatur ira et sic reperimus undecim passiones in ipso animo, scilicet amor, odium, desiderium, horror, leticia, dolor, spes, desperatio, audacia, timor, ira.

## CAPITULUM TRICESIMUM NONUM

Passionum anime quando sensualem apprehensionem sequuntur vim regitivam habet phantasia seu virtus imaginativa. Hec enim de sua potentia iuxta passionum diversitatem primo diversimode alterat et || transmutat corpus proprium transmutatione sensibili mutando accidentia in corpore et movendo spiritum sursum vel deorum ad extra vel ad intra et diversas qualitates producendo in membris, sic in gaudio spiritus expelluntur, in timore retrahuntur, in verecundia moventur ad cerebrum sic in gaudio dilatatur cor ad extra paulatim in tristitia paulatim constringitur ad intra. Simili modo in ira et timore sed subito. Rursus ira vel cupiditas vindicte producit calorem, rubedinem, amorum saporem et alvi fluxum. Timor inducit frigus cordis, trepidationem vocis, defecatum atque pallorem, tristiciasudorem et albedinem ceruleam misericordia etiam tristitia quedam est sepe miserantis corpus male afficit, ut alterius corpus videtur, affectum palam quoque est inter amantes aliquos adeo fortem esse ligaturam amoris, ut quod patitur unus eorum paciatur et alter. Anxietas eciam inducit siccitatem atque nigredinem, quantos etiam calores cupido amores concitet in epate et impulsu noscunt medici ex eiusmodi nomen amate in passione heroica deprehendentes, sicuti ratione nasi stratus cognovit Antiocum amore Stratonice captum. Manifestum preterea est passiones eiusmodi, quando vehementissime sint, nonnunquam possemortem inferre et hoc apud vulgus palam est nimia leticia tristitia amore odio interdum mori homines sepe etiam || morbo levavi. Sic legimus Sophoclem et Dionisium Sicilie tyrannum utrumque accepto tragice victorie nuncio subito mortuos, sic mater viso filio e Cannensi prelio redeunte repente obiit. Quid eciam tristitia possit, omnibus notum est. Scimus eciam canes nimia tristitia de morte dominorum suorum sepe mortuos fuisse. Nonnunquam etiam ex huiusmodi passionibus morbi diuturni sequuntur et quandoque curantur, sic ex alto desipientes aliqui pre timore nimio contremiscunt, caligant, infirmantur, quandoque sensus amittunt, sic singultus febres et morbi comitiales quandoque sequuntur, quandoque vero recedunt, quandoque mirabiles quidam effectus proveniunt ut in Cresi filio, quem genitrix mutum ediderat, metus vehemens aviditasque vocem excussit, quam natura longe negaverat, sic repentina quodam casu affectu vita sensus motus subito membra deserunt ac sepe statim revertuntur.

16.

a) post phantasiam del. mouentur c.

b) post lepra del. pl. c.

c) ulterius corr. alterius c.

## CAPITULUM QUADRAGESIMUM

Passiones supradicte quandoque alterant corpus per modum imitationis propter virtutem, quam habet similitudo rei ad transmutandum. quam vehemens movet imaginatio, sicut in stupore et congelatione dentium ex visu vel auditu aliquo vel quia videmus vel || imaginamur alium comedere res acres sic videns alium oscitare, eciam oscitat et aliqui quando audiunt acida nominare lingua aquescit molestia etiam tetri alicuius spectaculi gustum inficit et provocat nauseam. Quidam sanguinis humani aspectu sincopantur, nonnulli cum alicui amorum cibum afferri vident. Senciunt in ore salviam amaram et narrat Guilhelmus Parisiensis se vidisse hominem, qui solo aspectu medicine movebatur, quotiens opus erat motu expurgationis, cum nec substancia medicine nec sapor nec odor ipsius ad ipsum pervenisset, sed sola similitudo apprehensa hac ratione somniantes se ardere vel esse in igne, quandoque cruciantur intolerabiliter tanquam si vere ardeant, cum tamen veritas et substancia ignis apud eos non est, sed sola similitudo per imaginationem apprehensa, quantum etiam imaginatio ipsa possit in animam nemo ignorat. Est enim substancie anime vicinior quam sensus. Quare etiam plus agit in animam quam sensus. Sic mulieres per fortes imaginationes, somnia, suggestiones sepissime inducuntur et ligantur in amore alicuius arctissimum.

## CAPITULUM QUADRAGESIMUM PRIMUM

Passiones anime, que phantasiam<sup>a)</sup> sequuntur, quando vehementissime sunt, non solum possunt immutare corpus proprium, verum etiam possunt transcendere ad operandum. In corpus alienum itaque admirabiles quedam impressiones produsantur in elementis et rebus extrinsecis atque morbos quosdam animi sive corporis sic possent auferri vel inferri. Sic refert Avicenna, quod ad imaginationem alicuius cadat camelus, sic pregnantis mulieris cupiditas in corpus alienum agit, quando inficit fetum in alvo rei desiderate nota sic nocendi cupiditas quam perniciossime homines fasciant et eiusmodi plura. Manifestum enim est corpus a vapore alterius corporis morbidi facillime infici, quod in peste et lepra<sup>b)</sup> palam videmus. Rursus in vaporibus oculorum tanta vis est, quod possunt proximum fastinare atque inficere, sicut regulus et catablepa aspectu suo homines interimunt. Et femine quedam in Scithia et apud Illisios et Triballes, quem irate aspexerant, perimebant. Nemo ergo miretur et simili modo corpus atque animum unius ab animo alterius<sup>c)</sup>

<sup>a)</sup> post phantasiam del. mouentur c.

<sup>b)</sup> post lepra del. pl. c.

<sup>c)</sup> ulterius corr. alterius c.

posse similiter affici, cum sit animus longe potentior, fortior, ferventior motuque valentior quam vapores ex corporibus exhalentes nec etiam desunt media, per que operetur neque preterea minus subiicitur corpus alieno animo quam alieno corpori hoc modo ferunt hominem agere in alterum. Ideoque || precipiunt philosophi consortium malorum atque infelicium hominum procul fugere. Horum siquidem anima noxiiorum plena radiorum calamitosa contagione propinquos inficit, econtra bonorum ac felicium consortia precipiunt appetere, quoniam sua propinquitate multum nobis prosunt, sicut, enim odor ex asa fetida vel musco sic ex malo mali et ex bono boni aliquid prosilit in proximum ac diu quandoque perseverat infusum. Nunc vero si passiones supradicte tantam vim habent in phantasia certe maiorem habent in ratione, quatemus iam ratio ipsa phantasia est exellentior multo denique maiorem in mente. Hec enim quando ad beneficium aliquod tota animi intentione erga superos defigitur sepe corpus tam proprium quam alienum erga quod est effecta afficit divino aliquo munere. Hoc modo legimus ab Apollonio, Pithagora, Empedocle, Philolao miracula facta fuisse. De his latius patebit inferius, ubi de religione disseremus.

#### CAPITULUM QUADRAGESIMUM SECUNDUM

Passiones animi a celo plurimum adiuvantur potentissimeque evadunt, quatemus cum celo consenciant vel naturali quadam pacto vel voluntaria electione seu libero arbitrio. Nam, ut inquit Ptolemeus, qui eligit || id, quod melius est, nihil differre videtur ab eo, qui habet hoc ex natura. Conducit ergo maxime in quovis opere ad beneficia celi suscipienda, si cogitationibus, affectibus, imaginationibus, electionibus, deliberationibus, contemplationibus et similibus, nos quoque celo consonos prestiterimus. Passiones enim eiusmodi spiritum nostrum ad similitudinem suam vehementer agitant ac subito nos nostraque superis exponunt eiusmodi passiones significantibus, tum etiam ob dignitatem et propinquitatem suam cum superioribus multo magis atque amplius celestia capiunt quam res quevis materiales. Potest enim animus noster per imaginationem vel rationem quadam imitatione, ita alicui stelle conformari, ut subito eiusdem stelle munericibus impleatur tanquam sui influxus proprium receptaculum.<sup>1)</sup> Mens vero contemplatrix, quatenus se ab omni sensu imaginatione natura deliberatione seuocat et ad separata se reuocat nisi quatenus Saturno se exponit presentis indagationis non existit. Debemus igitur in quovis opere et rerum applicatione vehementer affectare, imaginari, sperare, preterea firmissimeque credere. Id enim quam plurimum

1) Cf. Marsili Ficini *de vita III*, c. XXII.

erit adiumento. Et verificatum est apud medicos firmam credulitatem spem indubiam et amorem erga medicum et medicinam ad sanitatem plurimum conferre etiam aliquando vel plus quam medicinam. ||

### CAPITULUM QUADRAGESIMUM TERTIUM

Inest etiam hominum animis virtus quedam immutandi, attrahendi, impediendi et ligandi res et homines ad id, quod desiderat et omnes res obediunt illi quando fertur in magnum excessum alicuius passionis vel virtutis in tantum ut superet eos, quos ligat. Superius enim ligat quod est inferius et ad se convertit et inferius eadem ratione ad superius convertitur vel aliter afficitur aut agitatur. Hac ratione res, que superiorem in proprietate alicuius stelle obtinent gradum ligant vel attrahunt vel impediunt res que tenent inferiorem, prout inter se conueniunt vel disconveniunt. Hinc timetur gallus a leone, quoniam presentia solaris virtutis convenit gallo magis quam leoni. Sic magnes trahit ferrum, quia in ordine clestis urse superiorem obtinet gradum, sic adamus impedit magnetem, quia in ordine Martio sibi est superior. Simili modo homo aliquis tum per sui animi affectiones, tum etiam per rerum certarem ritas adhibitiones celestibus dotibus oportune expositus si in virtute solari fortior evaserit ligat et trahit inferiorem in admirationem, in ordine lunari ad servitutem vel informitatem, in Saturnali ad quietem vel calamitatem vel tristiciam, in Iovio ad venerationem exhibendam, in Martio ad timorem vel discordiam, in Venereo ad amorem vel leticiam, in Mercuriali ad persuasionem et similia. Radix vero eiusmodi ligationis ipsa est affectio anime vehemens et exterminata cum concursu ordinis celestis. Dissolutiones autem vel impeditioes eiusmodi ligationis fiunt per contrarium affectum et illum quidem exellentiores et fortiores. Nam sicut maior animi excessus ligat, ita omnia solvit et impedit. Denique ubi times Venerem oppone Saturnum ubi Saburnum times vel mortem vel Venerem oppone vel Iovem. Hos enim inimicos et maxime contrarios invicem esse ferunt astrologi. Hoc intellige effectus diversos et contrarios in istis inferioribus causantes. Nam in celo quidem, ubi nihil deficit, ubi amore cuncta reguntur, odium seu inimicicia esse minime potest.

### CAPITULUM QUADRAGESIMUM QUARTUM

Dicunt philosophi maxime Arabes animum humanum quando per suas passiones et affectus ad opus aliquod attentissimus fuerit coniungi ipsum cum stellarum animis etiam cum intelligentiis et ita quoque coniunctum causam esse ut mirabilis quedam virtus operi ac rebus infundatur tum quia in eo est omnium virtutum apprehensio || et potestas

tum quia omnes res habent naturalem obedientiam ad ipsum et de necessitate habent efficaciam et movent ad id quod animus desiderat fortis desiderio et secundum hoc verificatur artificium caracterum, imaginationum, incantationum et sermonum quorundam et plurium aliorum experimentorum mirabilium ad omnem rem, quam animus affectat. Hoc modo quicquid dictat animus vehementer amantis efficaciam habet ad amorem et quicquid dictat animus fortissime odientis habet efficaciam nocendi et destruendi et similiter in omnibus, que affectat animus fortis desiderio. Omnia enim que tunc agit et dictat ex caracteribus, figuris, verbis, sermonibus, gestibus et eiusmodi, omnia sunt adiuuantia appetitum anime et acquirunt mirabiles quasdam virtutes, tum ab anima operantis in illa hora qua ipsam appetitus huiusmodi maxime inuadit, tum ab<sup>a)</sup> oportunitate celesti. Animus enim noster quando fertur in aliquem magnum excessum alicuius passionis vel virtutis arripit ex se horam et oportunitatem fortiorum, meliorum et magis conuenientem, quod etiam Thomas Aquinatus libro 3<sup>o</sup> contra gentiles fatetur. Sic mirande multe virtutes mirabiles quasdam operationes causantur et sequuntur per grandes affectiones in rebus illis quas dictat tunc anima in illa hora ad illas sed illud scias eiusmodi res nihil vel saltem parum nisi auctori earum conferre atque illi qui || inclinatur ad illas ac si iam esset auctor illarum et hic est modus, per quem invenitur efficacia ipsarum. Et sit tibi generalis regula in istis, quod omnis animus, qui est magis excellens in suo desiderio et affectu ipso efficit sibi res eiusmodi magis aptas, efficaces et potentes ad id quod appetit.

#### CAPITULUM QUADRAGESIMUM QUINTUM

Vultus vero ac gestus corporisque motus et situs et et figure nobis insuper adhibite ad celestia munera capienda conducunt nosque superis exponunt certosque in nobis effectus producunt non secus atque in ellenboro, quam quidem herbam colligens sive folium sursum trahat sive deorum. Hoc ipso modu causat, ut humores sursum educat vel deorsum. Quantum etiam multus atque gestus visum, imaginationem spiritumque animalem afficiunt, nemo ignorat. Sic coeuntes ad prolem plerumque vultus, quos ipsi tunc vel agunt vel imaginantur, solent nascituris filiis imprimere. Sic clemens ac letus in urbe principis vultus letificat populum, ferox vel tristis repente perterret, sic facile misericordiam movet gestus ac figura lugentis, sic facile amorem excitat amabilis persone figura. Sic narrat Plinius, quod assidere gravidis || vel cum remedium alicui adhibetur digitis pectinatum inter sese complexis beneficium esse idque com-

a) post ab del. I e.

pertum Alemena Herculem pariente peius fore, si circa umum ambove genu a id fiat. Similiter poplices alternis genibus imponere beneficium est. Ideoque hec in consiliis ducum potestatumve fieri vetitum velut omnes actus impedientia. Scire autem debes huiusmodi gestus ac figuratas tanquam corporis harmonias ipsum non secus exponere celestibus quam odores et medicine spiritum atque passiones interiores. Animam tamen, quemadmodum medicine at passiones certis celi dispositionibus coalescunt, sic etiam gestus ac motus corporis certis celestium influxibus efficaciam manciscuntur. Sunt preterea gestus Saturnum referentes, qui sunt tristes ac mestii, ut planctus capitis, ictus item religiosi ut genuflexio aspectu deorsum fixo pectoris ictus vultusque consimiles et austeros et ut scribit satyrus<sup>1)</sup>:

»Obstipo capite et figentes lumina terra,  
Murmura cum secum et rabiosa silentia rodunt

atque exorrecto trutinantur verba palato.«

Iovem vero referunt vultus hilares et honesti gestus honorifici vel manuum coniunctio quasi plaudent sive laudantis item genuflexio capite sursum elevato tanquam adorantis. Martem referunt gestus acres, feroce, audace, iracundi vultusque consimiles || solares sunt animosi, honorifici vultusque consimiles item deambulationes et genuflexio unico genu tanquam honorantes regem. Venerei sunt ut choree, amplexus, risus, vultus amabiles ac leti; Mercuriales sunt inconstabiles, atrennui<sup>a)</sup>, ludibriosi et eiusmodi vultusque consimiles. Lunares sunt mobiles, benefici, pueriles et eiusmodi quecumque autem studio, actione, motu, vultu, passionibus anime celestia oportune imitatur. Hic tanquam superis similior ampliores potest inde recipere dotes.

#### CAPITULUM QUADRAGESIMUM SEXTUM

Sunt et locorum mirande virtutes. Nam, ut refert Plinius de cuculo, quo quis loco primum audiat alitem illum si dexter pes circumscribatur ac vestigium id defodiatur non gigni pulices ubicunque spargatur, sic ferunt pulverem e vestigio anguum collectum, si cum eo respergantur apes in alveari reverti, similiter pulverem, in quo se mula volutaverit inspersum corpori mitigare ardores, amores. Item pulverem, in quo se accipiter volutaverit, si alligetur lintheolo rutilo. Ferunt ipsum quartanis remedio esse sic et e nido hirundinum lapillus collectus saltem si imponatur san-

<sup>a)</sup> post strennui del. lubidil c.

1) Pers. 3, 80 sqq.

guini vel cordi hirundinum recreare confestim dicitur comiciales et adalligatus perpetuo tueri et fertur si quis sanguine || minutus et adhuc ieunus transierit super locum, ubi ceciderit corruens morbo comiciali in eum transire morbum. Et narrat Plinius, quod clavum ferreum defigere, in quo loco primum caput defixerit corruens morbo comiciali absolutorium eiusmodi mali fore, sic herbam in capite statue natam collectamque alicuius in vestis panno adalligatum line ruffo capitis dolorem confestim sedare tradunt et herbam quamcunque e riuis aut fluminibus collectam ante solis ortum ut nemo colligentem videat tercianam arcere alligatum levo brachio, ita ut eger quid sit illud ignoret, sic ad amorem operaturi solent sue operationis instrumenta, ut annulos, imagines, specula et similia per aliquod certum tempus sepelire in lulanaribus, ut ex hoc loco iam Venerea quadam facultate afficiatur, non secus ac res, questat in loco fetido, efficitur fetida. Ex locis vero, que Saturno correspondent, sunt quevis loca fetida, tenebrosa, subterranea, cimiteria, et loca religiosa et hominibus deserta habitacula et vetustate corrupta et eiusmodi. Iovi ascribuntur loca, quevis privilegiata, consistoria civilis iudicij gymnasia scole. Mars tenet deserta, silvas, rupes et immania sacra, item loca, in quibus fit execucio criminalis iudicij, item carnificinias et eiusmodi. || Ad Solem pertinent loca lucida, item aer serenus, pallatia regum et principum aule et ambitus et eiusmodi. Venus autem incolit fontes amenos, viridantia prata, floridos hortulos, ornata cubilia et lulanaria et eiusmodi. Mercurius obtinet foros mercimoniales, tabernas et consimilia. Luna possidet maria, aquas, fontes, flumina, littora, naves, item montes, nemora, silvas, dicitur quoque varios lucos inerrans, item reconditoria, feugum et vias publicas et similia, denique ubi colligemus herbam Saturnalem vel Marcialem vel Ioviam. Iubent nos ad orientem spectare vel ad meridiem primum quia gaudent esse orientales a sole alterum, quia domicilia eorum principalia signa sunt meridionalia, scilicet aquarius, scorpio, sagittarius, similiter capricornus et pisces; ubi vero colligemus Venereum, Mercurialem vel Lunarem spectare iubent versus occidentem, quia gaudent esse occidentales vel versus septentrionem, quia principalia eorum domicilia sunt signa septentrionalia, scilicet taurus, gemin, cancer et virgo. In opere vero solari semper versus orientem vel meridiem immo potius versus ipsum solare corpus atque lumen.

#### CAPITULUM QUADRAGESIMUM SEPTIMUM

Veneficiorum quoque tanta narratur esse potencia, ut credant omnia inferiora subverti et tabescere posse, quemadmodum canit Vergilius<sup>1)</sup>:

1) *Verg. eccl. 8, 95sqq.*

20

»Hæs herbas atque hec fonto mihi lecta venena  
Ipse dedit Meris(nascuntur plurima Ponto);  
His ego sepe lupum fieri et se concludere silvis  
Merim, sepe animas imis exire sepulcris atque satas alio  
vidi traducere messes.«

Et idem alibi de sociis Ulixis<sup>1)</sup>:

»Quos hominum ex facie dea seva potentibus herbis  
induerat Circe in vultus ac terga ferarum.«

Et paulo post<sup>2)</sup>:

»Picus, equum domitor, quam capta cupidine coniunx  
aurea percussum virga versamque venenis  
fecit avem Circe sparsitque coloribus alas.«

Sunt autem huiusmodi beneficiorum species, quemadmodum narrat ea  
Lucanus de benefica illa Thessala manes evocante<sup>3)</sup>:

»Huc quicquid fetu genuit natura sinistro,  
Miscetur. Non spuma canum, quibus unda timori est,  
Viscera non lyncis, non dure nodus hyene  
Defuit et cervi pasti serpente medulla,  
Non puppim retinens euro tendente rudentes  
In mediis echeneis aquis oculique draconum«

Et Apuleius<sup>4)</sup> de Pamphile illa benefica ad amorem || operante, cui  
Fotis ancilla pilos caprinis, quos ab inflatis viribus detonsos collegerat,  
dissimulata veritate pro Boetii adolescentis cuiusdam capillis tradiderat:  
„Pamphile, inquit, iam vecors animi tactum scandulare concendit, quod  
altrinsecus edium patore perflabili nudatum, ad omnis, orientales ceteros-  
que, aspectus pervium, maxime his artibus suis accomoda tum secreto  
colit. Priusque apparatu solito instruxit feralem officinam, omne genus  
aromatici ignorabiliter laminis litteratis et infelicium navium durantibus,  
clavis defletorum, sepultorum etiam cadaverum expositis multis admo-  
dum membris; hic nares et digitæ illic carnosæ clavi pendentium, alibi truci-  
datorum servatus crux et extorta dentibus ferarum truncæ calvaria.  
Tunc decantis spirantibus fibris litat vario latice, nunc rore fontano,  
nunc lacte vaccino, nunc melle montano, libat et mulsa. Sic illos capillos  
in mutuos nexu obditos atque nodatos cum multis odoribus dat vivis  
carbonibusadolendos. Tunc protinus inexpugnabili magice discipline po-

1) *Verg. Aen.* 7, 19—20.

2) *Verg. Aen.* 7, 189 sqq.

3) *Luc.* 6, 670 sqq.

4) *Apul. met.* 3, 17—18.

testate et ceca numinum coactorum violentia illa corpora, quorum fumabant stridentes capilli, spiritum mutuantur humanum et sencidunt et audiunt et ambulant et, quo nidor suarum ducebat exuviarum, veniunt et pro illo iuvene Boetio aditum gestientes fores insiliunt.» ||

### CAPITULUM QUADRAGESIMUM OCTAVUM

Nunc vero narrabo tibi quedam beneficia, ut horum exemplo tibi sit parata via ad totam hanc considerationem. Ex eis igitur sunt sanguis menstruus, qui qantas in beneficio vires habeat, modo videamus. Nam, ut dicunt, acescunt super ventu musta novella vitis eius tactu in perpetuum leditur sterilescunt arte, fruges moriuntur insite, exuruntur hortorum germia et fructus arborum decidunt, speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur et acies ferrini cultris tonsorum eborisque nitor prestringitur etiam ferrum rubigo protinus corrumpit, aes etiam contactum grave virus diri odoris accipit et eruginem in rabiem aguntur gustato eo canes atque insanabili veneno morus infigitur, alvei apum emoriuntur tactisque alveariis fugiunt linaque cum coquuntur nigrescunt eque, si sint gravide contacte eo arbortum pacientur abortum etiam facit illicum pregnantibus. Item asine non concipiunt tot annis quot grana ordei eo contacta comedenterint cinisque pannorum menstruosorum si quis eam aspergat lavandis vestibus purpuram mutat || floribus colorem adimit. Ferunt tercianas quartanasque febres fugar imenstruo in lana arietis nigri in argento brachailia inclusa, preterea tercianis quartanisque efficacissimum dicitur<sup>1)</sup> plantas egri cum eo subertlini, multoque efficacius ab ipsa muliere eciam ignorant, sic et comiciales impetus morbosque sanari inter omnes vero convenit si aqua potusve formidetur a morsu canis supposita tantum calici licinia menstruo tincta statim metum eum discuti. Preterea ferunt nudatas in mense si segetem ambient erucas ac vermiculos scarabeosque ac cantarides et noxia alia decidere. Cavendum vero, ne id oriente sole faciant se mentem enim arescere similiter abigi grandines turbinesque ac contra fulgara prodesse horum plura Plinius ipse recitat. Illud scias magis venenum esse, si decrescente luna accidat, sed vim eius maiorem esse, si in silenti luna, contingat, si vero in defectu lune solisve evenit irremediabilem fieri maximi vero ac potentissimi vigoris esse quando purgatio illa primis annis evenit atque in virginitate prima sit id quod convenit ei. Nam tactis omnino postibus domus irritum in ea fit omne maleficium. Preterea ferunt, quod fila vestis contracte ne igne quidem vincuntur atque si in iucendum || proiificantur || non nocere amplius dicitur quoque quod si radix Peonie cum castoreo et litura pannorum men-

1) *Plin. nat. 28, 83.*

struosorum detur pacientis anari morbum comicialem. Preterea si stomachum cervi cremaveris vel assaveris adiungasque de pannis menstruosis suffito eo balistas nihil proficere ad venationem capillis etiam mulieris menstruose si sub fimo ponantur generari serpentes ac etiam si cremenatur fugari eorum odore serpentes tant vis eius beneficii est ut venenosis sit venenum.

### CAPITULUM QUADRAGESIMUM NONUM

Est et hippomanes carnuncula inter beneficia haud parum famosa, carice magnitudine, colore nigro<sup>1)</sup>, que in fronte nascentis pulli equini appetat quam nisi statim mater voraverit animum a filio penitus aversum. Habet et fetum, non alit ob hoc maximam vim eius ad amorem concitandum. Ferunt quando in pulverem versa cum amantis sanguine in proculis popinatur. Est et aliud beneficium, quod eodem nomine hippomanes dicunt, virus videlicet illud, quod ex equorum inquinibus defluit, quo tempore feruntur in amoris furorem. Cuius meminit Vergilius, ubi canit<sup>2)</sup>:

»Hinc demum, hippomanes vero quod nomine dicunt  
Pastores, lento distillat ab inguine virus,  
Hippomanes sepe male<sup>a)</sup> legere noverce  
Miscueruntque herbas et non innoxia verba.«

Hinc et Juvenalis satyrus<sup>3)</sup>:

»Hippomanes carmenque loquor coctumque venenum  
Previgno datum? . . .«

Hiena etiam multis beneficiis inficitur. Nam, ut refert Plinius<sup>4)</sup>, sanguine eius tactis postibus ferunt prestigiorum infestari artes, nec posse elici deos nec colloqui, quocumque modo tententur. Tali sinistri cinere de cocto cum sanguine mustele perunctos omnibus odio evenire; idem fieri oculo decocto. Rursus extremam fistulam intestini contra ducum et potestatum iniquitates administrari et ad successus petitionum, iudiciorum ac litium eventus pollere, si omnino aliquantulum quis secum habeat; eiusdem quoque caverna sinistro lacerto religata, si quis mulierem respiciat, amatorium esse tam presens, ut illico se quatur, frontis vero corium fascinationibus resistere. Basilisci quoque sanguinem, quem

<sup>a)</sup> super male add. seu c.

1) *Plin. nat.* 8, 42, 66.

2) *Verg. georg.* III, 280 sqq.

3) *Juv.* 6, 133 sq.

4) *Plin. nat.* 28, 8.

et sanguinem Saturni vocant, tantas in beneficio vires habere ferunt<sup>1)</sup>, ut gerenti ipsum tribuat successus petitionum a potestatibus, tum etiam a diis precum morborumque remedia et beneficiorum munera. Dicunt quoque ricimum || si ebellatur ex aure leva canis, cui non insit aliis quam niger color in augurio vite, vim magnam obtinere. Nam si eger respondeat ei qui intulerit a pedibus stante interroganteque de morbo certam esse spem vite moriturum vero si nihil respondeat. Dicunt quoque lapidem acane rabioso morsum habere vim discordie, si ponatur in potu nec adlatrari a cane lingua canina in calciamento subdita pollici presertim, si iungatur cum herba eiusdem nominis, scilicet cinoglossa. Idem fieri membranam ex secundis canis habentem, fugere autem canes cor canum habentem. Item narrat Plinius<sup>2)</sup> esse ranas rubetarum nomine, que in vepribus tantum degunt, plenas beneficiorum. Miranda de his fieri; nam ossiculo, quod est in sinistro latere deiecto in aquam frigidam, statim fervere canum impetus eo cohiberi, amorem concitari et iurgia addito in pocionem, libidinum ad alligatum stimulare, e contra ossiculo, quod est in dextro latere, refrigerari aquam ferventem nec postea fervere nisi exempto quartanus cum eo sanari adalligato in pellicula agmina recenti aliasque febres atque, amorem libidinemque inhiberi. Lyen vero atque cor ex his ranis contra beneficia que fiunt ex ipsis efficaciter auxiliari. Hec Plinius recitat || Dicitur etiam ferrum, cum quo homo occisus sit, mirandam inter beneficia vim habere. Nam si fiant ex eo morsus equi et calcaria ferunt cum eis omnem equum vel ferocissimum facillime regi et superari et si ex eis fermentur equi pedes. Ferunt ipsum velocissimum fieri nec ullo labore lassescere volunt. Preterea caracteres et nomina quedam insignari debere dicunt, etiam si quis mergat gladium cum quo decollantur condemnati ad mortem in vivo quicumque de hoc eger biberit, liberatur a febre quartana.

#### CAPITULUM QUINQUAGESIMUM

Actus quoque certos et observationes certam beneficiorum vim possidere tradunt, ut credant morbos quosdam sic vel auferri posse aliquando vel inferri. Sic ferunt quartanus abigi, si resecinina unguium egri ligentur ad collum anguille vive in lintheolo ipsa sic in aquam remissa. Et narrat Plinius<sup>3)</sup>, quod ex egro resegmina unguium e pedibus manibusque cera permixta, ita ut dicatur quartane, terciane vel quo-

1) *Plin. nat. 29, 66.*

2) *Plin. nat. 32, 18.*

3) *Plin. nat. 28, 86.*

tidiane febri remedium fieri atque sic ante solis ortum alienae affigantur remedium fore. In his morbis simili modo omnia resecmina unguium si ad cavernas formicarum abiciantur eam que primo ceperit trahere correptam iubent collo subnecti atque || ita discuti morbum. Et e ligno fulgure ictu reiecto post terga manibus aliquid demorbari ferunt.<sup>1)</sup> Et in quartanis fragmentum clavi e cruce involutum lana subnectunt collo, aut spartum e cruce, liberatoque condunt caverna, quam sol non attingat.<sup>2)</sup> Item immatura morte raptorum manu struma, parotidas, gutture tactu sanari affirmant.<sup>3)</sup> Item dicunt difficiles partus statim solvi, cum quis lectum, in quo sit grava, transmiserit lapide vel missili ex his, que tria animalia singulis ictibus interfecerunt, scilicet hominem, aprum, ursam. Idem quoque efficere hastam velitarem evulsam e corpore hominis, si terram non attigerit, sagittas eciam corpore eductas, si terram non attigerunt, subiectas cubantibus ferunt amatorium esse. Dicunt<sup>4)</sup> etiam comiciaes morbos sanari cibo e carne fere occiso eodem ferro, quo homo interfectus sit. Negantur oculorum vitia fieri nec lippiri eos, qui, cum pedes lavant, aqua, inde ter oculos tangant. Inguinibus<sup>5)</sup> medentur aliqui licium tele detractum novenis septenisve nodis adalligantes, ad singulos nodos viduam aliquam nominantes. Item pecudis lyen super dolentes lyenem extenditur dicente eo qui medetur lyeni se remedium facere. Post hec iubent ipsum in pariete dormitorii tectove includi et obsignari || annulo ter noviesque carmen dici liberat. eodem vicio lacerte viridis urina in olla ante cubiculum dormitorii eius, cui medetur, suspensa ita, quod eger egrediens revertensque attingat manu. Item in urina vivuli lacerta necata Venerem eius, qui fecerit, cohiberi dicunt. Qui vero in urinam canis suam ingesserit dicitur ad Venerem pigror fieri ac lumborum torporem sentire. Ferunt contra omnia mala medicamenta auxiliari suam cuique urinam matutinis horis instillatam in pedem. Est rana parva arborem scandens, in huius os si quis expuat ipsamque dimittat, tussim liberare dicitur. Mirum quoque est, sed experimento facile, quod narrat Plinius<sup>6)</sup>, si quem peniteat ictus eminus minus illati et statim expuat medium in manu qua per cussit, levatur illico percussus a pena. Hoc sepe delumbata quadrupede approbari statim a tali remedio correcto animalis ingressu. Quidam etiam aggravant ictus ante conatum simili modo saliva manu ingesta. Expuere<sup>7)</sup> similiter in calciamentum dextri

1) *Plin. nat. 28, 45.*

2) *Plin. nat. 28, 46.*

3) *Plin. nat. 28, 45.*

4) *Plin. nat. 28, 44.*

5) *Plin. nat. 28, 48.*

6) *Plin. nat. 28, 36.*

7) *Plin. nat. 28, 38.*

pedis, antequam induatur, bonum est cum quis transeat locum, in quo aliquod periculum adierit. Despuimus<sup>1)</sup> quoque comiciales morbos contagia repercutiendo, veniam etiam a diis spei alicuius audatores petunt aliqui in sinum spuendo. Similiter modo terra despere desprecatione in omni medicina mos fuit, atque ex hoc effectus adiuvari. Tradunt lupos, in agrum non accedere, si capti unius pedibus infractis cultroque adacto paulatim sanguis circa fines agri spargatur atque ipse fodiat, in eo loco ex quo ceperit primo trahi. Tradunt<sup>2)</sup> etiam, si quis viperam in vaporem baculo sustineat, eum futura precinere, baculum quoque, que angui rana excussasit, perturientes ad iuvare. Hec Plinius ipse recitat. Iubent etiam in colligendis radicibus et herbis tribus circulis ante gladio circumscribere, postea effodere, cavere preterea contrarium ventum. Item dicitur, quod si quis mensuraverit hominem mortuum cum fune primo a cubito ad maiorem digitum, deinde ab humero ad eundem digitum et post a capite usque ad pedes ter faciendo omnes istas mensurationes et in terra faciende signa per nodos, si postea cum eadem fune simili modo mensuretur. Homo aliquis ferunt eum inprosperari et infortunari ac cadere in calamitatem et tristiciam et narrat Albertus, quod si qua mulier te maleficiis ligavit in amorem suum, accipe camisiam suam et per capicum et per manicam eius dextram nunge foras et dissolvitur maleficium.

### CAPITULUM QUINQUAGESIMUM PRIMUM

Dictum est superius de virtutibus et mirabili efficacia rerum naturalium. Restat nunc videre rem magne mirabilitatis et ipsa est ligatio hominum in amorem velodium, in egritudines et sanitates et eiusmodi. Item ligatio furum et latronum, ut in aliquo loco furari non possint, ligatio mercatorum, ut in aliquo loco emere vel vendere nequeant, ligatio exercitus, ut metu aliquam transire non possit, ligatio navium, ut nulla vi ventorum etiam infinitis velis per ventum tensis portum egredi minime possint, item ligatio molendini, ut nullo impetu volvi possit, ligatio cisterne vel fontis, ut aqua exinde hauriri non possit, ligatio agri, ut fruges in eo produci nequeant, logatio alicuius loci, ut in eo edificari nihil possit, ligatio ignis, ut in aliquo loco accendi non possit et quod aliquod combustibile apposito fortissimo igne ardere non possit. Item ligatio fulgurum et tempestatum, ut nocere non possint. Item ligatio canum ut latrare non valeant, ligatio avium et ferarum ut volare vel fugere nequeant et horum similia vix credibilia, que tamen sepius experientia ipsa

1) *Plin. nat. 28, 35—36.*

2) *Plin. nat. 28, 81.*

3) *Plin. nat. 29, 69.*

cognita sunt. Fiunt autem ligationes eiusmodi diversimode, scilicet per imagines, per caracteres, per annulos, per incantationes, per fascinationes, per alligationes et suspensiones, per vehementes imaginationes et affectiones, per beneficia, per certos actus et observationes, per religiones, per superstitiones et huiusmodi, de quibus omnibus suis locis partim dictum est, partim dicetur in sequentibus.

Finis primi libri.

## INCIPIT LIBER SECUNDUS

### CAPITULUM PRIMUM

Omnis virtus naturalis vel celitus acquisita multo quidem agit mirabilia, quando non solum proporcione physica, sed etiam oportuna ad hoc celestium observatione, videlicet quando vis celestis fortissima ad talem effectum quem desideramus esse probatur tum etiam celestibus multis adiuta eligitur, inferiora celestibus tanquam proprias feminas suis maribus fecundandas passim subiendo. Sunt itaque obersvanda, in quovis opere situs et motus et aspectus stellarum et planetarum in signis et gradibus et qualiter hec omnia se habeant ad longitudinem et latitudinem climatis ex hoc enim variantur qualitates angulorum, quos describunt radii corporum celestium super figuram rei secundum quos infunduntur virtutes celestes. Sic quociens acturus fueris, que ad planetam aliquem pertinent oportebit te eum in suis dignitatibus collocare fortunatum et potentem, etiam in die et hora et in figura celi dominatorem nec solum significatorem operis expectabis potentem quoniam etiam lunam adhunc obserues oportune directam. Nihil enim sine lune beneficio perfeceris. Et si plures habueris operis patronos ambos obserua potentes amicabili aspectu se invicem contuentes quod in nequeas eiusmodi aspectus habere conveniet tibi saltem angulares accipere, lunam vero obseruabis, quando vel ambos intuetur vel iungitur uni et aspicit alterum vel quando a coniunctione sive aspectu unius transit ad coitum vel ad aspectum alterius. Illud eciam mittendum neuticum credo quin Mercurium in omni opere diligenter observes. Hic enim utrorumque inferum et superum deorum commeator, quando congregatur bonis eorum auget bonitatem quando malis eorum influit maliciam. Infortunatum quoque dicimus signum vel planetam per saturni vel Martis aspectum maxime oppositum vel quadratum. Hii enim aspectus sunt inimicitie. Coitus vero ac trinus atque sextilis aspectus sunt amicicie. Inter hos fortior est coniunctio. Verum tamen si per trinum iam aspiciens planeta etiam suscipiatur quasi iam estimatur coniunctus solis vero coniunctionem omnes planete timent, aspectu gaudent trino et sextili.

24  
CAPITULUM SECUNDUM

Potentes vero habebimus planetas quando sunt in domicilio vel exaltatione vel triplicitate vel termino vel facie extra combustionem directe in auge et in figura celi dominantes scilicet quando sunt in angulis maxime orientis vel decime vel in plagiis mox succendentibus vel in suis gaudiis. Cavendum quoque ne sint in finibus vel sub dominio Saturni vel Martis nec sint in gradibus tenebrosis puteis vel vacuis observabisque ut anguli ascendentis et decime et septime sint fortunati et ascendentis dominus et locus solis et locus lune et locus pertis fortune et eius dominus et dominus coniunctionis vel preventionis precedentis planete vero malivoli cadunt infortunati ni forte operis tui signi ficiatores extiterint vel quovis paeto tibi utiles esse possint vel saltem in revolutione seu genesi tua principatum obtinuerint. Tunc enim minime sunt deprimendi. Lunam vero habebimus potentem, si sit in domicilio suo vel exaltatione vel triplicitate vel facie et in gradu situque ad opus optatum convenienti atque etiam si mansionem ex viginti illis et octo sibi et operi competenter obtineat. Non sit in via corribusta nec tarda cursu non sit in ecliptica nec combusta a sole nisi forte sit in unitate cum sole non descendat in latitudine meridionali quando combustionem egreditur nec sit opposita soli nec lumine minuatur non sit impedita a Marte vel Saturno.

CAPITULUM TERTIUM

Similis per omnia ratio est tibi de stellis fixis habenda. Illud scias omnes stellas fixas esse ex significatione et natura septem planetarum, sed quedam sunt de natura unius planete, quedam vero duorum hinc quociens cumque iungitur aliquis planeta cum aliqua stellarum fixarum sue nature efficitur significacio illius stelle potentior et natura planete augmentatur, quod si sit stella duarum naturarum qui fuerit cum ea fortior illius natura unicet in significatione ut puta si sit de natura Martis in significatione, si vero Venus cum ea fuerit, natura Veneris superabit. Di noscuntur autem nature stellarum fixarum ex coloribus earum quemadmodum illi certis planetis congruent et ascribuntur. Colores vero planetarum sunt Saturni, lividus sive plumbeus atque cum hoc candens Iovis citrinus iuxta pallorem et cum hoc clarus, Martis rubeus et igneus, Solis corceus et cum oritur ardens postea radians, Veneris albus et lucifero candens vesperi refulgens, Mercurii radians, Lune blondus. Scias quoque stellas fixas quanto maiores et lucidiores sunt et apparent tanto maior et fortior est eorum significatio, sicut sunt stelle, que dicuntur apud astrologos prime et secunde magnitudinis. Ex his narrabo tibi alias portiores || ad hanc facultatem ex his sunt umbilicus Andromade in vicesimo secundo gradu

arietis de natura Veneris et Mercurii, caput Algol, in decimo octavo gradu tauri de natura Saturni et Iovis. Pleiades in eiusdem gradu vice-simo secundo sidus lunare et Martium item in geminorum gradu tertio aldeboran de natura Martis et Veneris. In eiusdem gradu decimo tertio hircus de natura Iovis et Saturni, in cancri gradu septimo canis maior, Venereus in eiusdem decimo septimo canis minor, Mercurialis et Martius in vicesimo primo gradu leonis est stella regia, que dicitur cor leonis de natura Iovis et Martis, in virginis gradu decimo nono cauda urse maioris Venera et lunaris. In septimo gradu libre ala corvi dextra et in eiusdem decimo tertio ala sinistra utraque de natura Saturni et Martis. In eiusdem gradu decimo exto spica Venerea et Mercurialis. In eiusdem decimo septimo alchamet de natura Martis et Iovis, in scorpionis gradu quarto elpheia de natura ♀ et Martis. In sagittarii gradu tertio cor scorpionis de natura Martis et Iovis, In capricorni gradu septimo vultur cadens Mercurialis et Venereus, in decimo sexto gradu aquarii cauda capricorni de na // tura Saturni et Mercurii, in piscium tercio humerus equi de natura Iovis et Martis et erit ti generalis regula ab unaquaque stellarum propria dona sperare ipsa dominante impediri vero ipsa infortunata et opposito modo se habente, quod superius ostensum est. Corpora enim celestia quatenus ipsa feliciter vel infortunate sunt affecta catenus nos et nostra opera atque ea quibus nos utimur feliciter vel calamitose afficiunt.

#### CAPITULUM QUARTUM

Tanta est celestium magnitudo, virtus est potestas, quod non solum res naturales, verum etiam artificiales quando superis rite expositae sint subito superne paciuntur ab agente potentissimo vitaque mirabili que ipsis virtutem celestem sepe mirificam largitur ac divus Thomas Aquinus doctor sanctus idem confirmat in libro de fato, ubi ait eciam vestes et edificia et quecumque artis opera certam a sideribus suscipere qualitatem. Iccirco magi etiam imaginibus, annulis, sigillis, speculis et quibusque aliis instrumentis oportune, scilicet sub certa constellatione fabricatis celestem quandam illustrationem capi et mirandum aliquod suscipi confirmant. Celestium enim corporum radii animati // vini sensualis dotesque mirificas potentiamque vehementis simam secum ferentes eciam repentino momento ac subito tactu mirabiles in imaginibus imprimunt vires eciam vel in materia minus apta. Efficaciores vero largiuntur imaginibus virtutes, si non ex qualibet, sed certa quadam materia fabricentur, cuius virtus naturalis cum speciali simul opera conueniat. Figura denique imaginis conformis sit figura celesti. Talis namque imago tum propter materiam naturaliter operi ac celesti influxui congruam tum

propter figuram celesti figure similem paratissima ad actiones et vires celestium corporum et figurarum capiendas celeste munus subito in se concipit, tum agit assidue in alterum et res alie per obedientiam inclinant ad illam. Unde, inquit Ptolomeus in centiloquio quod res inferiores obediunt celestibus non solum illis, sed etiam earum imaginibus, sicut non solum scorpiones terreni obediunt scorpioni celesti, eo quod unum ex 12 signis zodiaci, sed etiam imagini scorpionis illius que fuerit oportune sub eius ascensu ac dominio configurata.

### CAPITULUM QUINTUM //

Figure autem celestes ad quarum similitudinem eiusmodi imagines configurantur in celis sunt quam plurime quedam visibles aut perspicue, quedam saltem imaginabiles ab Egipciis, Indis Caldeis que perspecte et designate partesque earum sic se habent ut ipse etiam figure quedam sint ab aliis distincte. Hac ratione ponunt in zodiaco circulo figuras ad numerum signorum. Harum itaque arietem, leonem, sagittarium, triplicatatem constituentes igneam et orientalem ferunt prodesse contra febres paralismi idropisim podagram et contra omnes infirmitates frigidas et fleumaticas ac reddere gestantem gratum, facundum, ingeniosum et honoratum, quia domicilia sunt Martis, Solis et Iovis. Faciebant quoque leonis imaginem contra fantasmata melancolica, idropisim, pestem, febres et ad expellendum morbos hora solis primo gradu faciei secunde leonis ascidente, que quidem facies ac decanatus Iovis est, sed contra calculum et contra renum morbos ac contra nocimenta bestiarum faciebant, quando sol in corde leonis medium celum obtinebat. Rursus nunc gemini, libra et aquarius, quia triplicitatem constituunt aeream et accidentalem atque domicilia sunt Mercurii, Veneris et Saturni. Dicuntur mores bonos efficere et conducere ad amiciam et concordiam contra melancoliam et conferre sanitatem et precipue // aquarium ferunt liberare a febre quartana, item cancer, scorpius atque pisces, quia triplicitatem constituunt aqueam et septentrionalem. Valent contra febres calidas et siccas, item contra eticam et omnes passiones colericas, scorpius vero quia inter membra observat genitalia provocat ad luxuriam configurabant autem ad hoc ascidente facie eius tercia, que est Veneris et faciebant eandem contra serpentes, scorpiones et venena et demonia ascidente facie eius secunda, que est facies solis et decanatus Iovis ferturque gestantem etiam reddere serpentem et colorem efficere bonum. Fertur quoque imago cancri efficacissima contra serpentes et venena, quando sol et luna in eo coniuncti ascendunt in facie prima vel tercia. Hec enim est facies Veneris decanatus lune illa facies lune deca-

natus Iovis dicuntur etiam torqueri serpentes, cum sol sit in cancro. Item taurus virgo et capricornus, quia triplicitatem constituunt, terrem et meridionalem curant infirmitates calidas. Valent contra sinocham, teddunt gestantes gratos, acceptos, facundos, devotos et religiosos, quia domicilia sunt Veneris, Mercurii et Saturni. Fertur etiam capricornus reddere homines incolumes et loca tuta efficere, quia ex altatio est Martis. Sunt pre<sup>||</sup>terea in zodiaco figure sex atque triginta ad unmerum facie- rum rursusque ibidem trecento atque sexaginta ad numerum graduum extra zodiacum eciam figure reperiuntur plures et plurime particu- lares pro facierum et gradu umnumero ibidem existentium, de quibus ad presens tractare obmitto.

### CAPITULUM SEXTUM

Ceterum nunc quas figuras planetis attribuebant longum esset re- citare, cum de his amplissima volumina apud antiquos sapientes habeantur conscripta, tamen pauculas earum hic recitabo. Faciebant enim ex operibus Saturni ipso ascidente in lapide, qui magnes dicitur, imaginem hominis cervinum vultum et camelii pedes habentis super cathedram vel draconem sedentis, in dextra falcem, in sinistra sagittam tenens, quam quidem imaginem sperabant sibi ad vite longitudinem profuturum. Sa- turnum enim ad vite longitudinem conferre potest Albumazar in libro Sadar, ubi eciam narrat quasdam Indie regiones Saturno subiectas ho- minesque ibidem valde longevos fore nec nisi extremo senio decedere. Item faciebant et aliam ad vite longitudinem || Saturni imaginem in saphiro hora Saturni ipso ascidente et feliciter constituto, cuius figura erat homo senex supra altam cathedram sedens, habens manus supra caput erectas et in eis pisces tenens vel falcem et infra pedes eius ra- cenum habens, caput tectum panno nigro vel fusco et omnes vestes eius nigre sunt vel fusce. Faciebant etiam eandem imaginem contra calculum et renum morbos, scilicet hora Saturni ipso ascidente cum tercia facie aquarii. Faciebant quoque ex operibus Saturni imaginem ad potestatem crescendi ascidente Saturno in capricorno, cuius forma erat vir senex baculo innixus habens in manu falcem decuruam nigris indutum vestibus. Faciebant quoque imaginem ex ere fusam Saturno ascidente in ortu suo, scilicet primo gradu arietis vel, quod verius est in primo gradu ca- pricorni, quam quidem imaginem ut hominem loqui confirmant. Facie- bant etiam ex operibus Saturni simul atque Mercurii imaginem ex me- tallo fusam ad pulcri hominis formam, quam futura predicere rumi- ficabant. Faciebantque eam die Mercurii hora tercia, scilicet Saturni as- cidente geminorum sidere Mercurii domicilio prophetas designante sit-

que Mercurius Saturno coniunctus in aquario Saturni domicilio in nona celi plaga vaticinium et || religionem designante, que et Deus appellatur. Preterea Saturnus ex trino aspiciat ascendentem ac luna similiter sol coniunctionis locum aspiciat, Venus angulum aliquem obtineat sitque potens et occidentalis Mars a sole conburatur, sed non aspiciat Mercurium neque Saturnum.

#### CAPITULUM SEPTIMUM

Ex operibus Iovis faciebant ad vite longitudinem imaginem hora Iovis, opso in exaltatione sua feliciter ascidente, in lapide claro et albo, cuius figura erat homo coronatus, croceis indutus vestibus, equitans super aquilam vel draconem, in dextra sagittam habens tanquam missurus eam in caput aquile vel draconis eiusdem. Faciebant et aliam Iovis imaginem eadem oportunitate in lapide albo et claro, precipue in cristallo, et erat homo nubes coronatus, eleuatis et iunctis manibus tanquam deprecans, sedens in cathedra quadrupedali, que feratur a quatuor pueris alatis; quam quidem imaginem augere filios divicias, honorem et conferre benevolentiam et prosperitatem et ab inimicis liberare confirmant. Faciebant et aliam Iovis imaginem ad religiosam et gloriosam vitam atque ad fortune dexteritatem, cuius figura erat homo || habens caput leonis vel arietis et pedes aquilinos, croceis indutus vestibus, dicebaturque Iouis filius.

#### CAPITULUM OCTAUUM

Ex operibus Martis faciebant imaginem hora Martis, ipsa ascidente in secunda facie arietis, in lapide Marciali, precipue in adamante, cuius forma erat homo armatus supra leonem equitans, in dextra habensensem nudum erectum, in sinistra caput hominis gestans. Ferunt huiusmodi imaginem reddere hominem potentem in bono et in malo, ita quod timebitur ab omnibus et qui gestauerit eam. Tribuunt ei vim fascinandi, ita quod terreat homines aspectu suo, quando irascitur, et liget in stuporem. Faciebant aliam Martis imaginem ad afferendum audatiam, animositatem et fortunam in bellis et rixis, cuius forma erat miles armatus et coronatus, cinctus gladio, in dextra longam gerens lanceam; faciebantque eam hora Martis prima scorpionis facie cum ipso ascidente.

#### CAPITULUM NONUM

Ex operibus Solis faciebant imaginem hora solis prima facie Leonis cum sole ascidente, cuius forma erat rex coronatus in cathedra sedens, || coruum habens in sinu et sub pedibus globum, crocea veste indutus.

Ferunt hanc imaginem reddere hominem inuictum et honoratum et incepta deducere ad finem ac somnia vana pellere, valere etiam contra febres et pestem, faciebantque eandem in lapide balayo vel rubino hora Solis, quando ipse in sua exaltatione feliciter ascendit. Faciebant aliam solis imaginem in lapide adamante, hora solis, ipso in sua exaltatione ascendentis, cuius figura erat mulier coronata cum gestu salutantis et radiantis, stans in curru quatuor equis tracto, habens in dextra speculum vel clipeum, in sinistra baculum super pectus innixum, flammarum iquis gestaris in capite. Ferunt imaginem hanc reddere hominem fortunatum et divitem et ab omnibus dilectum, faciebantque eandem imaginem in lapide sadiva hora solis ipso ascendentis in prima facie leonis contra passiones lunaticas, que proueniunt in combustione lune.

#### CAPITULUM DECIMUM

Ex operibus Veneris faciebant imaginem ad graciam et benevolenciam, hora Veneris, ipsa ascendentis in piscibus, cuius forma erat imago mulieris habens caput avis et pedes aquile in manu || sagittam tenens. Faciebant aliam Veneris imaginem ad amorem mulierum in lapide lazuli hora Veneris, ipsa ascendentis in tauro, cuius figura erat puella nuda diffusis capillis, speculum habens in manu et collo catenam alligatam et iuxta eam adolescens pulcer sinistra manu tenens eam per catenam, dextra vero eius aptans capillos sintque ambo amicabiliter se invicem intuentes et circa eas sit puer parvus alatus ensem vel sagittam tenens. Faciebant aliam Veneris imaginem prima facie tauri vel libre vel piscium cum Venere ascendentis, cuius figura erat pella diffusis capillis, longis et albis induita vestibus, laurum vel pomum vel flores in dextra tenens, in sinistra pectinem. Fertur efficere hominem placidum, iosundum, robustum, alacrem et conferre pulcritudinem.

#### CAPITULUM UNDECIMUM

Ex operibus Mercurii faciebant imaginem hora Mercurii, ipso ascendentis in geminis, cuius forma erat adolescens pulcher, barbatus, habens in sinistra caduceum, videlicet virgam, in qua inuolutus sit serpens, in dextra gerens sagittam, pedes habens alatos. Ferunt imaginem hanc conferre scienciam et fa||cundiam et solertiam in mercanciis atque lucrum; preterea conciliare pacem et concordiam et curare febres. Faciebant aliam Mercurii imaginem, ipso ascendentis in virgine, ad benevolentiam, ingenium et memoriam, cuius forma erat homo sedens supra cathedram vel pauonem equitans, pedes habens aquilinos et in capite cristam, in sinistra gallum tenens vel ignem.

## CAPITULUM DUODECIMUM

Ex operibus Lune faciebant imaginem pro itinerantibus contra lasitudinem hora Lune, ipsa in exaltatione sua ascende, cuius figura erat homo super baculum incumbens, habens in capite auem et ante se arborem floridam. Aliam faciebant Lune imaginem pro augmentatione terre nascentium et contra venena atque infirmitates puerorum hora Lune, ipsa ascende in prima facie cancri, cuius figura erat mulier cornuta, equitans supra taurum vel draconem septicipitem vel cancrum habeatque in dextra sagittam, in sinistra speculum, vestibus induita albis vel viridibus, habens in capite suos serpentes cornibus circumvolutos et cuilibet brachio unum habens serpentem circumvolutum et cuilibet pedi unum similiter. Et hec de figuris planetarum ad presens dicta sufficient.

## CAPITULUM DECIMUM TERCIUM

Faciebant quoque etiam imaginem Θ et Σ lune, scilicet inter circumulum aereum et igneum serpentis iffigiem cum capite accipitris circumduentes ad instar Grece littere Θ thita faciebantque, quando 2 cum Θ medium celum obtinebat; quam quidem imaginem ad successus petitiorum multum conferre affirmant volebantque per eam imaginem bonum ac felicem demonem notare volebantque eum per serpentis imaginem figurare. Hunc enim Egipci atque Phenices super omnia animalia esse diuinum animal atque diuinam eius naturam celebrant, quia in eo super cetera animalia spiritus acrior atque amplius ignis existat, que res tamen ex illo celeri gressu ostenditur, sine ulla pedibus manibusque vel aliis instrumentis, tum quod etatem subinde cum exuvii cenovat ac iuuenescit.

## CAPITULUM DECIMUM QUARTUM

Ceterum nunc ex operibus stellarum fixarum sub capite algol faciebant imaginem, cuius figura erat caput hominis cum longa barba, habens collum sanguino lentum. Ferunt conferre eventus petitionum, reddere gestantem audacem et magnanimum, construere membra corporis illesa, prodesse contra maleficia et reflectere conatus malos et incantationes malas in aduersarium. Sub sidere Pleiadum faciebant imaginem puelle virginis vel figuram lampadis. Fertur augere lumen oculorum, aggregare demones, citare ventos, revelare secreta et abscondita. Sub aldeboran faciebant imaginem ad similitudinem Dei vel hominis litigantis. Confert diuicias et honorem. Sub hirco faciebant imaginem, cuius figura erat tanquam homo volens letari in instrumentis musicalibus. Efficit gestantem graciosum et honoratum et exaltatum coram regibus et principibus et prodest contra dolorem dentium. Sub cane maiori facie-

bant imaginem canis leporarii vel pulole virginis. Confert honorem et benevolenciam et graciam hominum et spirituum acreorum et dat potestatem pacificandi et concordandi reges et principes et alios homines. Sub cane minori faciebant imaginem galli vel trium puellarum. Confert graciam deorum, spirituum et hominum, dat posse contra maleficia et conservat sanitatem. Sub corde leonis faciebant imaginem leonis vel catti vel figuram hominis honorati sedentis in cathedra. Reddit hominem temperatum, aufert iram et dat graciam. Sub cauda urse maioris faciebant imaginem hominis cogitabundi vel tauri vel figuram vituli. Valet contra incantationes et reddit gestantem securum in itineribus. Sub ala corui faciebant imaginem corvi vel colubris vel hominis nigri induiti nigra veste, efficit hominem iracundum, audacem, animosum, cogitabundum, maledicuum et efficit mala somnia, dat posse fugandi demones et congregandi, proficit contra maliciam demonum et hominum et ventorum. Sub spica faciebant imaginem avis vel hominis onusti cum mercanciis. Confert diuicias, facit vincere lites, aufert augustiam et malum. Sub alchameth faciebant imaginem equi vel lupi vel figuram hominis saltantis. Valet contra febres et stringit ac retinet sanguinem. Sub elpheia faciebant imaginem galline vel hominis coronati et sublimati. Confert benevolenciam et amorem hominum et dat castitatem. Sub corde scorpionis faciebant imaginem hominis armati et loricati vel figuram scorpionis. Dat intellectum et memoriam, efficit colorem bonum et auxiliatur contra malos demones et fugat atque constringit eos. Sub vulture faciebant imaginem vulturis vel galline vel hominis itinerantis. Efficit hominem magnanimum et superbum, dat posse super demones et bestias. Sub cauda capricorni faciebant imaginem cerui vel hirci vel hominis irati. Dat prosperitatem et auget diuicias. Hec sunt imagines quarundam stellarum fixarum, quas iubent insculpi in lapidibus suis sub eis.

#### CAPITULUM DECIMUM QUINTUM //

Est adhuc aliis imaginum modus intendens non<sup>a)</sup> secundum similitudinem figurarum celestium, sed secundum similitudinem illius, quod desiderat animus operantis, cuius sunt effigies et vestigia. Sic ad amorem fabricamus imagines se inuicem amplectentes ad discordiam se percuentes, ad inferendam vero calamitatem vel destructionem vel impedimentum vel homini vel domui vel urbi vel cuius rei conficimus imagines distortas et turbatas in membris et partibus ad similitudinem et figuram eius rei, quam destruere voluerimus vel impedire. Et iubent philosophi in fundendis vel sculpendis imaginibus inscribere sibi nomen sui effectus et hoc

<sup>a)</sup> post non del. solum c.

in dorso, quando malus ut destructio in ventre, quando bonus ut amor. Preterea in fronte imaginis nomen speciei vel<sup>a)</sup> individui, quam designat imago vel pro quo siue contra quod fabricata est. Rursusque in pectore nomen signi vel faciei ascendentis et eius domini etiam vel eorum caracteres atque suorum angelorum nomina. Iubent preterea in fabricanda imagine imprecationem ipsius effectus, ad quem conficitur, debere non taceri, que quidem omnia etiam diuus Albertus in speculo suo minime reprehendit. Confectis vero imaginibus secundum diversas suas virtutes ipsis diversimo de utimur. Aliquando enim suspenduntur vel alligantur corpori, aliquando sepiuntur sub terra vel sub flumine, aliquando || suspenduntur in camino super fumum vel ad arborem, ut moveantur a vento, aliquando capite sursum, aliquando deorsum, aliquando in ferventem aquam mittuntur vel in ignem. Dicunt enim, quod quatenus imaginum operarii ipsam imaginem afficiunt, eatenus illam similes passiones inferre his, quibus ascripta est, prout illud animus operantis dicitaverit, quemadmotum legimus Nectanabum magum hostium sicorum navium imagines effecisse cereas, eo modo et artificio, ut cum ipse imagines mergeret in aquam, hostium suorum naves in mari simili modo submergebantur atque periclitabantur. Constellationes vero ad eiusmodi imagines et consimiles observandas docet nos ea pars astrologie, que de electionibus ascripta est.

#### CAPITULUM DECIMUM SEXTUM

Modo narrabo tibi observationes corporum celestium, que requiruntur ad practicam aliquarum eiusmodi imaginum. Sic ad fortunandum aliquem conficimus imaginem, in qua hec fortunata sint, scilicet illius significator vite viteque datores et siqua et planete. Fortunemus preterea ascendens et medium celi et eorum dominos, item locum solis et locum lune et locum partis fortune atque dominum coniunctionis vel preventionis ante suam nativitatem facte planetos malivolas deprimendo. Si vero ad calami totam imaginem fabricare voluerimus, e converso agemus atque hic fortunata ibidem infortunata locemus stellas malivolas erigendo. Simili modo fac pro fortunando vel infortunando loco aliquo vel regione vel civitate vel domo. Similiter pro destruendo vel impediendo aliquo supradictorum fiat imago sub ascensione illius rei, quam destruere vel impedire volueris et infortunabis dominum domus lune et dominum domus dominum ascendentis et lunam et dominum domus lune et dominum domus domini ascendentis et domum decimam et dominum eius. Pro deaptatione autem loci alicuius pone fortunas in ascendi eiis et in domo prima

<sup>a)</sup> post vel del. imag c.

et decima et secunda et octava fortunabis dominum ascendentis et dominum domus domini ascendentis et fortunabis lunam et dominum domus lune. Ad fugandum vero animalia certa a certis locis, ut in eis generari vel habitare vel persistere non possint, fiat imago sub ascensione illius animalis, quod fugare voluerimus et ad similitudinem illius, ut si fugare voluerimus scorpiones ab aliquo loco, fiat imago scorpionis ascendentis signo scorpionis cum luna et infortunabis ascendens et dominum eius et dominum domus Martis et infortunabis dominum ascendentis in octava et iungantur aspectu malivolo, opposito vel quadrato et inscribatur in imagine nomen ascendentis et domini eius et nomen lune et nomen domini diei et nomen domini hore et fiat fovea in medio loci, a quo eos fugare volueris et afferatur in illa de terra accepta ex quatuor angulis loci eiusdem et sepeliatur ibidem imago capite deorsum impre-cando seu proferendo. Hec est sepultura scorpionum, ut non ingrediantur istum locum et sic de similibus. Item pro lucro fiat imago sub ascendentे nativitatis illius hominis vel sub ascensione illius loci, cui lucrum addicare volueris fortuna ascendens et dominum eius et facias dominum domus secunde, que est domus substancie iunctum cum domino ascendentis ex trino vel sextili sitque inter eos receptio fortunabis undecimam et dominum eius et octavam; si poteris, pone partem fortune in ascendentе vel secunda et sepeliaur imago in loco illo vel deferatur ab illo, cui lucrum addicare voluerimus. Item pro concordia et amore fiat imago in die Iovis sub ascendentе nativitatis illius, quem vis amari, fortuna ascendens et decimam et absconde malos ab ascendentе et habeas dominum decime et undecime planetas fortune et iunctos domino assendentis ex trino vel sextili cum receptione, deinde fac aliam imaginem, videlicet pro illo, quem vis incitare ad amorem, et considera, si fuerit amicus vel sodalis illius, quem vis amari, et si sic fiat imago sub ascensione domus ab ascendentе prime imaginis; si vero fuerit uxor vel maritus, fiat sub ascensione septime; si frater vel soror vel consanguineus, fiat sub ascensione tercie et sic de similibus. Et pone significatorem ascendentis secunde imaginis iunctioni significatori ascendentis prime imaginis sitque inter eos receptione sintque cetera fortunata tu in prima imagine, post iunge ambas imagines simul in amplexum vel pone faciem imaginis secunde ad dorsum imaginis prime et involvantur in sidone et deferantur vel sepeliantur. Item ac successus petitio numet pro adipiscenda re dene-gata sive per vim accepta vel possessa, fiat imago sub ascendentе illius, qui petit rem, et fac dominum secunde iunctum cum domino ascendentis a trino vel sextili sitque inter eos receptio et si fieri potest, sit dominus secunde in signis obedientibus et dominus ascendentis in imperantibus fortuna ascendens et dominum eius et cave, ne sit dominus ascendentis.

retrogradus vel combustus vel cadens vel in domo oppositionis, hoc est in septima a domicilio suo, non sit impeditus a malis, sit fortis et in angulo fortunabis ascendens et dominum secunde et lunam et fac aliam imaginem pro eo, apud quem est quod petitur, et incipe eam sub ascendentia pertinenti ad eum ut si sit rex vel princeps, incipe sub ascensione decime domus ab ascendentia prime imaginis, si pater sub quarta, si filius sub quinta et sic de similibus et pone significatorem secunde imaginis iunctum cum domino ascendentis prime imaginis a trino vel sextili et ipse re cipiat eum, pone utrosque fortes et fortunatos absque impedimento, fac omnes malos ab eis cadentes fortunabis decimam et quartam, si poteris, vel aliquid eorum et cum fuerit perfecta secunda imago, iunge eam cum prima facie versus faciem, involve in linteo mundo et sepuli in medio domus illius, qui petit rem, sub significatore formata fortuna forti sitque facies imaginis prime versus septentrionem vel potius versus locum, ubi moratur ille, apud quem est res petita, deferat imagines secum, quoisque pergit. Et hec de imaginibus dicta sufficient, plura eiusmodi nunc per te ipsum investigabis.

#### CAPITULUM DECIMUM SEPTIMUM

Numeri etiam non sunt virtute vacui neque enim mirum est, cum in rebus materialibus sunt tot ac tante virtutes occulte, licet manifestarum operationum esse in ipsis numeris multo quidem maiores occultiores, mirabiliores, atque efficaciores, quatenus ipsi sunt formaliores, perfectiores celestibus insiti separatis substanciis immixti, denique maximam et simplicissimam habentes cum ideis in mente diuina commixtionem a quibus proprias ac efficacissimas vires sorciuntur, quam ob rem etiam ad demonica et divina munera consequenda permultum valent et plus possunt, quemadmodum in rebus materialibus qualitates elementales non transmutando ad aliquod elementale plus valent atque possunt. Rursus omnia, que sunt atque fiunt, certis numeris subsistunt virtutemque sorciuntur. Tempus etiam constat numero omnisque motus et actio et quecumque tempori motuque subiecta sunt. Concentus etiam atque voces per numeros eorumque proporciones vim habent atque constant proportionesque ex numeris orte per lineas et puncta constituunt caracteres et figuram, denique omnes generationes et mutationes omnesque species naturalium et eorum, que supra naturam sunt, certis numeris astringuntur, quod intuens Pythagoras numerum esse inquit, quo cuncta constant distribuitque singulis singulas virtutes.

## CAPITULUM DECIMUM OCTAUUM

Nunc particularius de numeris ipsis determinemus. Quia vero numerus nihil aliud est quam unitatis repetitio, primo ipsam unitatem consideremus. Unitas enim omnem numerum simplicissime penetrat omnique numerorum communis mensura, fons est et origo, omnem numerum in se unice coniunctum continens multitudinis omnis est principium, sed omnis multitudinis insors semper eadem et immutabilis. Unde etiam in se ipsam multiplicata nihil producit preter se ipsam. Indivisibilis est partium omnium expers, quod si dividi aliquando fingatur, non secatur sed multiplicatur, scilicet in unitates. Nulla tamen harum unitatum maior vel brevior est tota unitate, quemadmodum pars minor est toto. Multiplicatur itaque non in partes, sed in se ipsam. Unum itaque omnium rerum principium est et finis neque ipsum principium aut finem habens. Nihil uno prius est, nihil uno posterius est. Omnium rerum principium est et usque ad unum omnia sunt et ultra ipsum nihil est et omnia, que sunt, unum ipsum desiderant. Unum igitur ad summum refertur Deum, qui cum ipse sit unus et innumerabilis, innumeratas tamen res de se creat et intra se continet. Unus itaque est Deus, unius Dei unus mundus, unius mundi unus sol, unus quoque in mundo phenix. Unitati ex figuris correspondet circulus. Est enim unitas omnium rerum centrum atque circumferentia. Hinc circularis figura omnium amplissima et perfectissima ligationibus et exorcismis aptissima. Hinc est ut qui malos demones adiurant circulo sese munire solent.

## CAPITULUM DECIMUM NONUM

Binarius numerus dicitur confusionis, infortunii et immundicie. Unde divus Hieronimus contra Iovinianum inquit, quod ideo in secundo die creationis mundi non fuit dictum: Et vidit Deus quoniam bonum, quia binarius numerus sit malus. Hinc est etiam, quare iussit Deus omnia animalia immunda in archam bina ingredi, quia binarius, ut dixi, numerus immundicie est estque in auspiciis infelicissimus, presertim si res ille, a quibus auspicium sumitur, Saturnie sint vel Marcie. Fertur etiam binarius afferre occursacula umbrarum, terriculamenta lacuarum, documenta malorum spirituum his, qui nocte iter faciunt.

## CAPITULUM VICESIMUM

Ternarius, numerus sacer, numerus perfectionis, potentissimus, tres enim sunt persone in Deo, tres sunt virtutes theologiales in religione. Hinc est, quod ad ceremonias deorum et religionis plurimum hic numerus confert. Unde canit Vergilius<sup>1)</sup>:

1) *Verg. Euc. VIII, 75.*

»Numero deus impare gaudet.«

Et Pitagorici utebantur eo in sanctificationibus et purificationibus. Unde Vergilius<sup>1)</sup>:

»Idem ter socios pura circumtulit unda.«

Estque etiam ligationibus aptissimus. Hinc illud Vergilii<sup>2)</sup>:

»Terna tibi hec primum triplici diuersa colore  
Licia circumdo terque hec altaria circum  
effigiem duco . . .«;

et paulo post ibidem<sup>3)</sup>:

»Necte tribus nodis ternos, Amarilli, colores;  
Necte, Amarilli, modo et „Veneris“, dic, „vincula necto.“«

Et de Medea legimus<sup>4)</sup>:

»Verbaque ter dixit placidos facienza  
somnos, que mareturbatum, || que flumina concita sistunt.«

Et apud Plinium terna despouere deprecatione in omni medicina mos fuit atque ex hoc effectus adiuvari.

#### CAPITULUM VICESIMUM PRIMUM

Quaternarium numerum Pythagorici tetractim appellant ipsumque omnibus numerorum virtutibus preferunt vocantque ipsum perpetuum nature fontem. Quatuor enim sunt gradus in scala nature, scilicet esse, vivere, sentire, intelligere. Quatuor sunt in natura motus, scilicet ascendens, descendens, progreiens, circularis; quatuor sunt in celo cardines, scilicet ortus, occasus, medicum celi et imum celi; quatuor sunt sub celo elementa: ignis, aer undaque, tellus. Secundum hec quatuor in celo triplicitates quatuor sub celo qualitates prime, scilicet calidum, frigidum, siccum, humidum. Ab his quatuor humores sanguis, flegma, colera et melancolia. Item annus dividitur in quatuor partes, scilicet que sunt ver, estas, autumnus et hyems. Similiter aer in eurum, zephirum, austrum dividitur et boream. Quatuor quoque sunt flumina paradisi. Quaternarius preterea omnem implet scienciam, primo omnem numerorum simplicem progressum quatuor implet terminis, videlicet uno, duobus, tribus et quatuor constituens denarium. Omnem implet numerorum differentiam primum || parem<sup>a)</sup> et primum imparem in se continens omnem

<sup>a)</sup> parum corr. parem c.

1) *Verg. Aen. VI, 229.*

2) *Verg. Buc. VIII, 73 sq.*

3) *Verg. Buc. VIII, 77 sq.*

4) *Ovid. Meti VII, 77 sq.*

musice harmoniam continet. Nam dupla tripla, quadrupla, sesquialtera, sesquitercia, diapason, disdiapason, dyapente, diatesseron omnisque consonantia intra quaternarii limites arcetur. Totam etiam mathematicam quatuor terminis complectitur, scilicet puncto, linea, planicie et profunditate. Totam naturam quatuor terminis colligit, scilicet substancia, quantitate, qualitate et motu. Totam etiam physicam implet, in qua est virtus nature seminaria, naturalis pullulatio,adolens forma et compositum. Complectitur etiam 4 terminis metaphysicam, scilicet esse, essencia, virtute et actione. Complectitur moralem philosophiam quatuor virtutibus, scilicet prudencia, iusticia, fortitudine et temperancia. Habet etiam vim iusticie. Hinc quadruplex lex, scilicet providencie a deo fatalis, ab anima mundi, nature a celo, prudencie ab homine. Multam quoque et maximam in misteriis vim habet. Hinc Pitagorici ipsum quaternarium iure iurando testabantur tanquam summum, quo fides nitatur, et credulitas firmari possit. Hinc Hebrei precipuum dei nomen quatuor litteris scriptum acceperunt, scilicet ineffabile • quod vocant iccirco Greci tetragrammaton. Hoc est quatuor litterarum. Similiter Egipci, Arabes, Perse, magi, maumetiste, Greci, Latini quatuor litteris dei nomen scribunt, ita scilicet cheut alla, Syre, orfi, || abgdi, theos, deus. Hinc Lacedemonii sumnum Iovem 4 auribus depingere solebant. Hinc apud orphicam theologiam fertur Neptunus quadriiuges currus impellere. Quatuor quoque sunt divini furoris species a singulis unminibus procedentes, scilicet a musis, Dyonisio, Apolline et Venere. Item Ezechiel propheta vidit 4 animalia iuxta fluvium cobar et 4 cherubin in 4 rotis. Item apud Danilem<sup>1)</sup> 4 animalia magna ascendeant de mari et<sup>2)</sup> pugnabant 4 venti. Item apud Apocalypsim<sup>3)</sup> 4 animalia plena oculis ante et retro stabant in circuitu sedis Dei et quatuor<sup>4)</sup> angeli, quibus datum est nocere terre et mari, stabant super 4 angulos terre tenentes 4 ventos, ne flarent super terram neque super mare neque in ullam arborem.

### CAPITULUM VICESIMUM SECUNDUM

Quinarius numerus haud parve est potencie. Constat enim ex primo pari et primo impari tanquam ex femina et masculo. Impar enim numerus mas est, par vero femina. Unde arithmeticci illum quidem patrem, hunc vero matrem vocant. Igitur haud parve perfectionis atque virtutis est quinarius, qui ex horum numerorum permixtione generatur. Estque preterea universi numeri, videlicet denarii, iustissima medietas. || Nam

1) *Dan. 7, 3.*

2) *Dan. 7, 2.*

3) *Apoc. 4, 6.*

4) *Apoc. 7, 1, 2.*

si altrinsecus circa quinarium denarium dividendo assumas, hinc novem, inde vero unum vel hinc octo, inde vero duo sive septem et tria seu sex et quatuor una queque collectio denarium constituit et semper eius perfectum medium est quinarius et eque distans et iccirco numerus connubii dicitur a Pithagoricis. Sunt enim quinque genera, quibus a Deo compunctiont omnia, scilicet essencia, idem, alterum, status, motus. Habet quoque vim magnam in expiationibus, nam in sacris pellit malos demones, in naturalibus pellit venena. Dicitur quoque numerus felicitatis et gracie. In hoc enim numero Ncha pater invenit graciā coram Domino et preservatus fuit in diluvio aquarum. In huius numeri virtute Abraham centenarius ex Sara nonagenaria sterile femina, preterquam a natura concessum fuit, genuit filium crevitque in populum magnum. Hinc in tempore gracie quinque litteris invocatur nomen divine omni potencie. Nam in tempore nature invocabatur nomen Domini trigrammaton צוֹק sadai, in tempore legis nomen Dei tetrammaton יְהִיְהִ. Ineffabile, cuius loco Hebrei exprimunt אֲדֹנָי adonai, in tempore gracie nomen Dei pentagrammaton יְהִשְׁעָיָהּ Ihesu.

### CAPITULUM VICESIMUM TERCIUM

Senarius numerus est perfectionis, quia perfectissimus, nam in toto numerorum contextu ab unitate usque ad denarium, solus ipse adeo est perfectus, ut collectione suarum partium ipse idem resultet. Nulla inopia deficiens nec ulla abundancia superfluuus. Nam si partes eius, scilicet medianam, terciam et sextam, que sunt tria, duo, unum simul coniungantur totum senarii corpus perfecte implent, qua quidem perfectione ceteri numeri carent. Hinc a Pitagoricis mundi signaculum dicitur. Senario enim numero constitutus est mundus neque immoderata abundancia superfluuus neque frustratus egensve necessariis. Hinc est, quoniam die sexto perfectus est et consummatus a Deo mundus. Sexto enim die vedit Deus cuncta, que fecerat, et erant valde bona. Igitur perfecti sunt celi et terra et omnis ornatus eorum.

### CAPITULUM VICESIMUM QUARTUM

Septenarius numerus varie et multiplicis potencie est. Constat enim ex uno et sex vel ex duobus et quinque vel ex tribus et 4. Habetque unitatem tanquam capulam gemine trinitatis. Unde si singula eius membra eorumque compaginem consideremus, procul dubio confitebimur eum tam suarum parcium colligantia quam seorsum sua plenitudine

omni maiestate esse copiosissimum. Vovantque ipsum Pitagorici humane vite vehiculum, quod non tam ex partibus suis mutuatur quam totalitatis sue proprio iure perficit. Complectitur enim || corpus et animam. Nam corpus constat ex 4 elementis et 4 qualitatibus afficitur; ternarius quoque ad animam spectat propter triplicem vim eius, scilicet rationalem irascibilem et concupiscibilem. Septenarius itaque, quia ex tribus constat et 4 animam corpori coniungit ad genitaram quoque hominum. Vis huius numeri pertinet hominemque concipi, formari, edi, nutriti, vivere omninoque constare facit. Nam cum in alvo mulieris genitale semen receptum est, si per horas 7 absque effusione permanserat, hec sis in vitam certum est, tum primis septem diebus coagulatur fitque ad recipiendum figuram humanam idoneum. Deinde maturos infantes producit, qui septimestres vocantur, hoc est septimo mense nati. Post partum deinde, ac victurus sit infans, septima hora decernit. Ultra hunc enim numerum, qui aeris halitum sustinuerit intelligitur natus ad vitam. Post dies septem iactat reliquias umbilici, post bis septem incipit ad lumen visus eius moveri, in tercio septenario iam libere oculos totamque faciem vertit, post 7 menses fiunt dentitiones, post secundum mensium septenario sedet sine casus timore, post tertium septenario, stat firmiter et ambulat, post quintum septenario mensium incipit lac nutricum horrescere, post annos septem cadunt primidentes et nascuntur alii ad cibum solidum aptiores, septimo anno absolvitur integratas loquendi; post secundum annorum septenario pueri pubescunt fitque genitura pollens atque rubusta. Usque ad quartum septenario crescit homo in latum. In quinto omne virium et roburis completur augmentum. Sextus vero annorum septenarius vires servat collectas, septimo septenario consummatur prudencia perfectamque reddit homini etatem. Summus eciam humani corporis crescendi modus est septem pedum; Septem quoque sunt gradus in corpore, qui dimensionem altitudinis ab imo compleant in superficiem, scilicet medulla, os, nervus, rena, arteria, caro, cutis. De spiritu quoque et cibo constat, quod sine haustu spiritus ultra horas septem vita non durat, tum quibus media mori constitutum est, post 7 diem non vivunt. Vene quoque et arterie, ut tradunt medici, numero moventur septenario. Iudicia quoque in morbis maiori apparentia fiunt diebus septimis, quos medici creticos, hoc est iudiciarios, vocant. Ex septem quoque portionibus creat Deus animam, ut testis est divus Plato in Timeo. Anima quoque septenario regit corpus. ad septimum usque gradum omnis vocum progreditur discrepantia, post quem fit eadem revolutio est que in celestibus potencia septenarii potentissima. Nam cum sint quatuor celi cardines dyaliter sese contuentes, qui quidem aspectus plenissimus et potentissimus habetur septenario

numero constat; fit si quidem a septimo signo auctem constituit, figuram omni potentissimam, de qua suo loco dicemus. Sed illud non ignoretur, septenarium magnam habere in cruce coniunctionem. Simili radiatione et numero distant solsticium a bruma et equinoctium hyemale ab estivali, que omnia septenis signis fiunt.  $\gamma$  preterea sunt in celo circuli iuxta axis longitudinem, septem circa polum arcticum triones, septem quoque planete secundum illos quoque  $\gamma$  dies constituentes hebdomadam. Luna quoque planetarum septima et nobis proxima hunc numerum pre ceteris observat motumque eius ac lumen hic numerum dispensat. Nam in viginti diebus et octo tocius zodiaci ambitum circuit, quem quidem dierum numerum septenarius  $\gamma$  suis terminis, ab uno videlicet usque ad 7, quantum singuli numeri exprimunt, antecedentibus addendo conficit et implet efficitque 4 septenarios dierum, quibus luna ipsa omnem zodiaci longitudinem et latitudinem emetiendo remetiendoque circum per que discurrit similibusque dierum septenariis lumen suum sempiterna lege variando dispensat. Primo enim septenario usque ad medietatem tanquam divisi orbis crescit, secundo septenario orbem totum lumine compleat, tertio decrescendo  $\parallel$  rursus in orbem contrahitur divisum, post quartum vero septenarium ultima luminis sui diminutione renovatur. Isdem quoque septenariis maris incrementa decrementaque disponit. Nam primo ab inicio crescentis lune septenario minuitur paulisper, secundo gradatim augetur, tertius quoque septenarius fit similis primo et quartus eadem facit, que secundus. Septenarium preterea Pitagorici numerum virginitatis appellant, quia primus est, qui neque generatur neque generat. Non enim potest in duas partes eequales dividi, ita ut gignatur ex aliquo numero repetito, nec ullum etiam ex se numerum parit duplicatus, qui intra denarii limites coartetur, quem primum limitem constat esse numerorum et iccirco septenarium Palladi sacrum fecere. Habet et in religione potentissima sue venerationis iuditia. Dicitur quoque numerus beatitudinis et requiei. Unde illud »O terque quaterque beati», scilicet in anima et corpore. Septimo quoque die creator at opificio quievit. Quam ob rem hec dies apud Mosen sabbatum appellatur, hoc est dies quietis. Habet quoque hic numerus cum cruce, ut superius monstratum est, et cum Christo magnam coniunctionem. In Christo enim et cruce omnis nostra beatitudo, quies et felicitas. Estque preterea purificationibus aptissimus. Unde Apuleius: Meque, ait, primus purificandi studio marino lavacro trado septies submergo capite fluctibus. Et Heliseus propheta, ut scriptum habetur regum libro quarto<sup>1)</sup>, ait leproso: »Vade et lavare septies in Iordanem et recipiet sanitatem caro

<sup>1)</sup> Reg. IV, 10.

tua et mundaberis. Et sequitur paulo post<sup>1)</sup>: »Et lavit sepcies se in Iordanie iuxta sermonem prophete et mundatus est.« 7 quoque sunt angeli astantes ante faciem Dei, ut legitur Tobie et apud Apocalypsim. 7 lampades ardebant ante thronum Dei et 7 candelabra aurea et in medio eorum similis filio hominis et habebat in dextra sua stellas. 7. Item spiritus 7 erant in conspectu throni Dei et septem angeli astabant in conspectu throni Dei et date sunt illis 7 tube. Videit quoque agnum habentem 7 cornua et 7 oculos et vidit librum obsignatum 7 sigillis et cum apertum fuisse 7 sigillum, factum est silentium in celo. Ex supradictis omnibus appetet septenarium inter ceteros numeros merito dici oninis efficacie plenissimum.

#### CAPITULUM VICESIMUM QUINTUM

Octonarium vero nominant Pithagorici numerum iusticie et plenitudinis, primum, quia primus omnium dividitur in numeros pariter pares, videlicet in quatuor. Divisio quoque ipsa in bis bina eademque ratione contextur, videlicet per bis bina bis et propter hanc || divisionis equalitatem iusticie sibi nomen inolevit, alterum vero, videlicet plenitudinis nomen accepit propter corporee soliditatis contextum primus siquidem solidum corpus efficit.

#### CAPITULUM VICESIMUM SEXTUM

Novenarius numerus Musis sacer celestium sperarum divinorumque spirituum ordini adiumento. Hinc novem sunt spere mobiles et secundum illos 9 sunt Muse, scilicet Calliopea, Urania, Polymnia, Terpsicore, Clio, Melpomene, Erato, Euterpe, Thalia, que quidem Muse 9 speris 9 sunt accommodata, ita ut prima referat supremam speram, quam vocant prium mobile et sic gradatim descendendo, secundum scriptum ordinem usque ad ultimam, que referat speram lune, ita scilicet: Calliope accomodatur primo mobili, Urania celostellato, Polymnia Saturno, Terpsicore Iovi, Clio Marti, Melpomene Soli, Erato Veneri, Euterpe Mercurio, Thalia Lune. 9 quoque sunt angelorum beatorum ordines, scilicet seraph, cherub, thronus, dominationes, virtutes, potestates, principatus, archangeli, angeli et iuxta illos novem ordines novem sunt in animabus adus beatitudinis.

#### CAPITULUM VICESIMUM SEPTIMUM ||

Denarius hic dicitur omnis numerus sive universus. Ab eo enim rā non numeratur nisi per replicationem universosque numeros vel

1) Reg. IV, 14.

intra se implicat vel per se suosque explicat replicando. Quapropter multiplicis religionis habetur et potencie animisque purgandis accommodatur. Hinc apud veteres dicte sunt ceremonie denarie, quibus illos qui expiandi vel sacra adituri essent per decem continuos dies a certis quibusdam rebus abstinentium erat. Unde apud Egipcios mos erat illi, qui sacris Isidis iniciari vellet, decem dierum ieiunio iudici solitum, quod testatur Apuleius de se ipso inquiens<sup>1)</sup>: »Illud plane cunctis arbitris precepit, decem continuis illis diebus cibarium voluptatem cohercerem neque ullum animal essem et invinius essem.« Hic denique est numerus, in quo Iacob tota nocte luctatus cum angelo vicit in certamine et oriente lucifero benedictus est et vocatum est nomen eius Israel. In hoc numero Iosue vicit triginta unum reges et David vicit Goliam et Philistros et Daniel pericula evasit leonum.

### CAPITULUM VICESIMUM OCTAUUM

Sunt et plures ultra denarium numeri variis effectibus decorati. Ex his duodenarius est sig || num celestium demonumque principatu adiumento. 12 sunt in zodiaco signa. Hinc 12 in anno menses. Et Hieronymus contra Iovinianum dicit vigentenarium esse numerum infaustum, in quo servient Iacob et venditus est Ioseph. Quadrageñarium quoque numerum veteres magna observatione celebrabant, de quo et festum faciebant. Tesseracoston ferunt eum ad partus rationem efficere totidem diebus mulieres post partum graviori morbo conflictari, totidem diebus infantes risum continere morbidos esse magnoque discrimine vivere. Habet et in religionibus magnum misteriorum iudicium. Hinc quatuor diebus et noctibus pluit super terram tempore diluvii. Hinc illud propheticum de Ninive qui typus huius mundi in sacris litteris interpretatur inquit post quatuor dies Ninive subvertetur, item per quatuor dies Moses, Helias et similiter Christus ieunaverunt. Per quatuor horas fertur anima Christi fuisse apud inferos. Item quarto die post resurrectionem ascendit Christus in celos, que omnia non sine huius numeri occulta proprietate et misterio facta fuisse nostri tradunt theologi. Similiter quinqueñarium vocant numerum remissionis peccatorum; quapropter, ut notant Hilarius et Origenes, positus || est in eo numero psalmus remissionis, qui incipit: Miserere mei Deus, secundum vocatur etiam numerus gracie et attribuitur spiritui sancto. In eodem enim numero descendit spiritus sanctus super apostolos, sed hec de<sup>a)</sup> numeris particulatim dicta sufficiant virtutes enim numerorum eorum, qui denarium ex origine partibusque eorum facile deprehendi possunt.

<sup>a)</sup> post de del. p c.

1) *Apul. met. XI, 23.*

## CAPITULUM VICESIMUM NONUM

In numeris itaque mirandam latere efficaciam et virtutem tam ad bonum quam ad malum non modo omnes splendidissimi philosophi unanimiter docent, sed etiam doctores quicumque catholici, ut Hermannus, Augustinus, Origenes, Ambrosius, Gregorius Nazanzenus, Basilios, Hilarius, Rabanus et plures alii confirmant. Nam Hilarius in commento super psalmos testatur 7 seniores secundum numerorum efficaciam psalmos in ordinem redigesse, Rabanus quoque doctor preclarus de numerorum virtutibus singularem librum composuit. Ceterum nunc in natura quantas virtutes possident numeri patet in herba, que pentafilem, hoc est quinque folium, dicitur. Hec enim virtute quinarii resistit venenis, pellit demonia, confert expiationi atque eius folium bis quoti die unum || vino sumptum curat ephimeram, tria tercianam quatuor quartanam. Similiter seminis helistrophin grana 4 pota quartanis, tria vero tercianis prodesse dicuntur. Simili modo verbenaca febris in vino mederi fertur, si in tercianisa tertio geniculo, in quartanis a quarto incisa fuerit. Hec et eiusmodi plura apud varios autores testificata leguntur. Unde autem hec fiant, causam certe habent, que est varia variorum numerorum ad se invicem proporcio. Mirum quoque de septenario constat experimentum, quod masculus omnis septimus absque ulla femella intermedia natus vim habet curandi strophulas solo tactu vel verbo, similiter filia septima nata miro modo partum adiuvare traditur.

## CAPITULUM TRICESIMUM

Figure etiam ex numeris orte non minorem possident vim, sic pentagonus virtute quinarii habet in malos demones mirandum imperium, tum ex lineatura sua, que habet intus quinque angulos obtusos et ab extra quinque acutos quinque triangulorum exagonorum, quibus circumdatur interior pentagonus sic etiam figuram crucis Egipci atque Arabes summam habere potentiam confirmabant atque esse ipsam omnium celestium virium || ac demonum aptissimum receptaculum, quia ipsa sit figura omnium rectissima continens 4 angulos rectos. Estque prima superficie descripsitio habens longitudinem et latitudinem; dicebantque eam celestium fortitudine conspiratam, quia eorum fortitudo per rectitudinem angulorum atque radiorum resultat suntque stelle maxime potentes, quando in figura celi quatuor obtinent cardines atque radiorum suorum in se invicem proiectione crucem constituunt. Rufinus quoque in sacra historia narrat crucem ab Egipciis sacerdotibus inter litteras sacras relatam fuisse que vitam future salutis apud eos allegorice designabat. Quod hic ad religionem spectat, disseremus alibi. Similis tibi

consideratio sit de similibus figuris. Illud tamen scias quicquid mirificum operantur figure, quando a nobis in cartis vel laminis vel eiusmodi instrumentis fuerint conscripte id non agunt nisi per virtutem acquisitam ipsis a figuris sublimioribus, quatenus examussim ad illas configuantur, que quidem virtus causatur, ut ita loquar, ex amore quodam, quem naturalis aptitudo et similitudo comparat, quemadmodum ex opposito pariete causatur echo atque in speculo concavo collectio radiorum solarium, quos postea repercutiens in oppositum protinus comburat vel quemadmodum cithara causat reboatum in cithara non nisi quia figura quedam conformis et consimilis e conspectu sit posita et sic due in lyra fides equo interstitio tracte et ad eandem intentionem temperate, quando pulsatur. Una subito tremit et altera. Sic et figure eiusmodi inscripte concipiunt virtutes figurarum celestium, quatenus oportune fiunt dominantibus illis tanquam conspiret figura ad consimilem figuram atque exigat.

### CAPITULUM TRICESIMUM PRIMUM

Caracteres etiam habent continuitatem suam ex radiis celestium secundum certum numerum in se invicem peculiari quadam proprietate coniectis, que quidem celestia sicut in diversis radiorum suorum ictibus inter se aliter atque aliter incidentibus diversas conspirant virtutes, sic etiam caracteres iuxta diversos eiusmodi radiorum concursus aliter atque aliter protracti, diversas subito nanciscuntur operationes etiam multo efficaciores quam physicalium commixtionum proprietates nunc quas characteres signorum atque stellarum astrologi et magi designaverunt. Videamus characteres planetarum secundum astrologos:

Solis Saturni Iovis Martis Veneris Mercurii Lune

Characteres planetarum secundum magos:

Saturni Iovis Martis Solis Veneris Mercurii Lune

Characteres signorum secundum astrologos:

Arietis tauri geminorum cancri leonis virginis libre scorponis sagittarii capricorni aquarii piscium

Characteres signorum secundum magos:

arietis tauri geminorum cancri leonis virginis libre scorponis sagittarii capricorni aquarii piscium

Characteres aliquorum stellarum fixarum octave spere secundum magos:

caput algol pleiades aldeboran hircus canis maior canis minor

cor leonis cauda urse maioris ala corui spica alchamet elpheia cor scorponis vultur cadens cauda capricorni

plures alios characteres signorum et stellarum Egipci Arabesque designaverunt, quos ad presens libenter obmitto.

## CAPITULUM TRICESIMUM SECUNDUM

Musicales etiam armonia non est siderum muneribus viduata; est enim imitatrix omnium potentissima, que quando corpora celestia opportune insequitur, celestem influxum mirifice provocat tamque vehementer omnium audientium affectus, intentiones, gestus, motus, actus atque mores immutat et ad suas proprietates subito provocat, ut ad leticiam vel lamentationem, ad audaciam vel tranquillitatem et ad similia, ipsas quoque bestias ut serpentes, volucres, delphines ad auditum sue modulationis provocat, ipsa quidem animum mulcet, mentem erigit, prelatores ad bella incitat et singularem operum labores fatigationemque solatur, lapsos et desperatos revocat, viatores confortat, iracundos mitigat, tristes et anxios letificat, discordes pacificat, freneticorum rabiem temperat, vanas cogitationes dissipat. Hinc est, quod morbos aliquos corporis et animi sic vel curari vel inferri posse Democritus et Theophrastus affirmant. Sic legimus || Orpheum, Amphionem, Davidem, Pitagoram, Empedoclem, Escaleiadem, Thimotheum cantibus atque sonis mira quedam facere consuevisse. Nunc enim certis modulis torpentes animos excitabant, nunc gravioribus tonis lascivos, iratos, furentes cohibant. Sic David furentem Saulem cithara repressit, sic Pitagoras luxuriosum adolescentem ab immoderata libidine revocavit, sic Thimotheus Alexandrum regem excitavit in furorem. Rursusque compressit. Sic legimus eos, qui in Apulia phalangia tacti sunt, stupescere examinesque iacere, donec certum sonum audierint, quo quisque suo auditu saltat apte ad numerum ac convalescit atque si postea longo tempore consimilem sonum audierit, subito concitatur ad saltum.

## CAPITULUM TRICESIMUM TERCIUM

Esse preterea in sono virtutem ad celestia dona capienda non negabimus, si cum Pitagora et Platone dixerimus celum harmonica compositione constare harmonicisque motibus atque tonis cuncta gubernare atque efficere. Cantus tamen, quem instrumentalis sonus plus potest quatenus preter harmonicum concentum ex mentis conceptu ac imperioso phantasie cordisque affectu proficiscens simulque cum aere fracto ac temperato aereum audientis spiritum, qui anime || ac corporis vinculum est motu facile penetrans affectum animumque conentis secum trans-

ferens audientis affectum movet affectu, fantasiam afficit fantasia, animum animopulsatque cor et usque ad penetralia mentis ingreditur, sensim quoque mores infundit. Movet preterea membra atque sistit corporis humores. Ceterum nunc scias, quod ex planetis septem Saturnus, Mars atque luna plus vocis habent quam consentus; habet autem Saturnus voces tristes, raucas, graves, tardas, Mars vero asperas, acutas, minaces, veloces, iracundas. Inter has luna observat medias, Jupiter vero, Sol, Venus atque Mercurius possident concentus. Habet tamen Jupiter concentus graves, constantes, intentos, suaves, hilares et iocundos, Sol venerabiles, intentos, puros et cum gracia dulces. Venus autem lascivos, luxoriosos, molles et voluptuosos, Mercurius vero habet concentus remissiores, multiplices et cum quadam strenuitate letos et iocundos. Ex particularibus vero concentibus et proporcionatis tonos Musis novem obtemperat. Jupiter habet graciam vocis octave simul et quinte, scilicet diapason, dyapente. Sol obtinet octave vocis melodiam, scilicet diapason, similiter per tonos quindecim disdiapason, Venus tenet graciam vocis quinte, scilicet dyapente; Mercuricis || habet dyatesseron, scilicet graciā vocis quarte.

#### CAPITULUM TRICESIMUM QUARTUM

Incantationum vero sive carminum tantam ferunt esse potentiam, ut pene omnem naturam posse subvertere credantur, quemadmodum inquit Apuleius<sup>1)</sup> magico susurramine amnes agiles reverti, mare pigrum colligari, ventos inanimis exprimari, solem inhiberi, lunam despumari, stellas evelli, diem tolli, noctem teneri et, ut canit Lucanus.<sup>2)</sup>

»Cessavere vices rerum, dilataque longa  
Hesit nocte dies. Legi non paruit ether,  
torpuit et preceps auditō carmine mundus.«

Et paulo ante<sup>3)</sup>:

»Carmine Thessalidum dura in precordia fluxit  
non fatis<sup>a)</sup> adductus amor . . .«

Et alibi<sup>4)</sup>:

»Mens hausti nulla sanie polluta veneni  
excantata perit . . .«

Item Virgilius in Damone<sup>5)</sup>:

<sup>a)</sup> satis c.

1) *Apul. met. I, 3.*

2) *Luc. bell. civ. VI, 461 sq.*

3) *VI, 452 sq.*

4) *VI, 457 sq.*

5) *Verg. Euc. VIII, 69 sq.*

»Carmina vel celo possunt deducere lunam;  
Carminibus Circe socios mutavit Ulixis;  
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.«

Et Ovidius in de sine titulo inquit:

»Carmine lesa Ceres sterile vanescit in herbam.  
Deficiunt lesi carmine fontis aque ||  
Ilicibus glandes cantataque vitibus una  
Decidit et nullo poma movente fluunt.«

Et Tibullus de quadam incantatrice ait<sup>1)</sup>:

»Hanc ego de celo ducentem sidera vidi,  
Fluminis hec rapidi carmine vertit iter,  
Hec cantu funditque solum Manesque sepulcris  
Elicit et tepido devocat ossa rogo  
cum<sup>2)</sup> libet, hec tristi depellit lumina celo  
cum libet, estivo conflocat orbe nives.«

De quibus omnibus benefica illa se multum iactare videtur apud  
Ovidium, cum ait:<sup>3)</sup>

»Cum volui, ripis ipsis mirantibus amnes  
In fontes redire<sup>a)</sup> suos, concussaque sisto,  
Stancia concutio cantu freta, nubilla pelo  
Nubilaque induco, ventos abigoque vocoque,  
Vipereas rumpo verbis et carmine fauces,  
Vivaque saxa sua convulsaque robora terra  
Et sivas moveo iubeoque tremiscere montes  
Et mugire solum manesque exire sepulcris.  
Te quoque, Luna, traho.«

Omnis preterea poete canunt et philosophi non negant posse carminibus miranda multa effici ut pelli segetes, cogi fulmina vel impetrari, curari morbos et eiusmodi. Nam et Cato in re rustica contra bestiarum || morbos quibusdam utebatur cantionibus, que adhuc in scriptis eius extant. Salomonem quoque euismodi incantationes calluisse Iosephus testatur. Narrat quoque Celsus Africanus iuxta Egipciorum doctrinam humanum corpus secundum signorum zodiaci facierum numerum per totidem, scilicet 36 demones curari, quorum singuli propriam partem suscipiunt atque tinentur, quorum nomina patria voce appellant, quibus invocatis in incantamentis suis viciatas corporis partes sanitati restituunt.

a) post redire del. ps c.

1) Tib. I, 2, 45 sqq.

2) Tib. I, 2, 51 sq.

3) Ovid. met. VII, 199—207.

## CAPITULUM TRICESIMUM NONUM

### CAPITULUM TRICESIMUM QUINTUM <sup>36</sup>

Incantationes itaque sive carmina apte atque rite ad stellarum normam composita intellectu sensuque plenissima vehementi affectu opportune pronunciata tum secundum eorum tum secundum suorum articulorum proporcionem atque formam ex articulis resultantem, tum etiam per imaginationis impetum vim maximam traiciunt in cantantes atque subinde in rem in cantatam ad ligandum et dirigendum quorsum affectus sermonesque intendimur. Instrumentum vero incantationum ipsum est spiritus quidem purissimus harmonicus, calens, spirans, vivens, motum, affectum significatum afferens suis articulis compositus predictus sensu ratione denique conceptus. Per huius itaque spiritus qualitatem per celestem eius similitudinem ex oportunitate temporis excellentissimas celitus concipiunt carmina virtutes multo quidem sublimiores et effectiores quam spiritus et vapores ex suffumigationibus sive ex vita vegetabili ex herbis radicibus gummis aromatibus et ex similibus exhalantes igitur solent magi incantando res simul afflare et in halare verba sua et sic virtutem ipso spiritu inspirare.

### CAPITULUM TRICESIMUM SEXTUM

In componendis vero carminibus pro attrahenda stelle alicuius virtute iubent magi diligenter exquirere, quas in se quelibet stella continet virtutes, effectus et operationes atque hec terminus inserere laudando, extollendo, amplificando, exornando ea que solet eiusmodi stella afferre et influere deprimendo et improbando ea quibus contrariatur et que solet dedestruere et impedire deprecando et obtestando pro eo quod volumus adipisci accusando et detestando id quod volumus destri vel impediri atque ea ratione orationem carminis componere ornatam elegantem et per articulos debite distinctam.

### CAPITULUM TRICESIMUM SEPTIMUM

Hoc modo Saturnus denominatur dominus altus, magnus, sapiens, intelligens, ingeniosus, revolutor longi spaci, senex magne profunditatis, arcane contemplationis, auctor in cordibus hominum cogitationes magnas deprimens et vel imprimens vim et potestatem subvertens omnia destruens et conseruans secretorum et absconditorum ostensor et inventor faciens amittere et invenire auctor vite et mortis.

### CAPITULUM TRICESIMUM OCTAUUM

Simili modo Jupiter dicitur dominus magnus, bonus et fortunatus, in omnibus dulcis et mitis, dominus bone voluntatis, honestus, mundus,

benevolans et in honore divine lenis et iudiciorum sapiens et verax ostensor veritatis, iudex omnium, omnes excellens in bonitate, dominus diviciarum et sapientie.

## CAPITULUM TRICESIMUM NONUM

Mars vero dicitur dominus fortis potencie et impetuose festinationis, contra quem nemo defendere se potest, si ei obstare velit dominus caloris et potencie, dominus ignis et calefactionis et planeta sanguinis, qui fortes et potentes destruit, qui reges de suis sedibus deponit, qui corda litigantium incendit eisque audaciam prestat et tribuit.

## CAPITULUM QUADRAGESIMUM

Sol dicitur rex stellarum, dominus magnus, bonus, fortunatus, honestus, mundus, prudens, intelligens, || sapiens, lucens, fulgens super universum mundum, adiutor totius bonitatis, gubernans et rectificans omnia corpora, animam habencia, princeps mundi, sub se omnes stellas detinens, omnium stellarum lumen et virtutem sua propinquitate obfuscans, comburens et superans, tamen ex lumine et splendore suo omnibus lumen et splendorem tribuens.

## CAPITULUM QUADRAGESIMUM PRIMUM

Venus dicitur domina amoris et pulcritu linis, seculorum progenies hominumque parens, initialis, que primis rerum exordiis sexuum diversitatem gemmato amore sociavit et eterna sobole humanum genus quotidie propagat. Regina omnium gaudiorum, domina leticie, amicabilis ductrix, amica misericors et bone receptionis perpetuo semper mortalibus munifica dulcem matris affectionem miserorum casibus tribuens humani generis sospicatrix nullum temporismo mentum dimittens suis beneficiis vacuum vel ociosum omnia virtute sua devincens faciens humiliari altum basso forte debili omnia rectificans.

## CAPITULUM QUADRAGESIMUM SECUNDUM

Mercurius appellatur sapiens, rationabilis, robustus, strenuus, potens in bono et malo, notorius solis nuncius Iouis utrorumque deorum superum et inferum || commeatoi masculus cum masculis femina cum feminis utroque sexu fecundissimus.

## CAPITULUM QUADRAGESIMUM TERCIUM

Luna appellatur regina celi, summa numinum, prima celitus deorum dea rumque regina inanum elementorum omnium domina, cui re-

spondent sidera redeunt tempora seruiunt elementa, cuius nutu spirant fulmina germinant semina, crescent germina, frugum parens initialis, Phebi soror lucens et fulgens, de ferens lucem de uno planetarum ad alium, cuncta numina sua luce collustrans stellarum varios meatus cohibus solis ambagibus incerta lumina dispensans domina magne pulcritu dinis, domina pluuiarum et aqua rum. Datrix diuiciarum, nutrix hominum, gubernatrix omnium statuum, pia et misericors terra marique homines protegers, fortune tempestates mitigans, cum fato dispensans, omnia terre nascencia nutriens, lucos diuersos inerrans, laruales impetus comprimens terre claustra cohibus celi luminosa culmina, maris salubria fluam in ferrum deplorata silentia nutibus suis dispensans, regens, mundum, calcans tartarum, cuius maiestatem perhorrescant aues celo meantes fere montibus errantes serpentes solo latentes belue ponto nantantes. ||

#### CAPITULUM QUADRAGESIMUM QUARTUM

Iubent nos preterea intocare et precari per nomina eiusdem stelle vel Dei, ad quem tale carmen pertinet et per sua mirabilia per cursus suos et vias suas in spera sua per lumen suum per nobilitatem regni sui, per graciā et claritatem, que in eo est, per fortes et mirabiles virtutes suas et per eiusmodi similia, quemadmodum apud Apuleium Psiche precatur Cererem: Rego te, inquit, per frugiferam tuam dexteram, instanter deprecor per letificias messium ceremonias, per tacita secreta cistarum, per famulorum tuorum draconum pinnata curricula et glebe Sicule sulca mina et currunt rapacem et terram tenacem et illuminatarum Proserpine nupciarum demeacula et lumi nosarum filie iuventionum remeacula et cetera que silentio tegit Eleusis Attice sacrarum. Preterea iubent nos intocare per nomina angelorum eiusdem stelle ut in pertinentibus ad Saturnum per nomina Saturni et suorum angulorum et sic de singulis aliis caracterēs quoque his adiungi perutile putabant, sed eiusmodi characteres et angelorum nomina suo loco signata sunt.

#### CAPITULUM QUADRAGESIMUM QUINTUM ||

Sunt autem in visibilium numinum nomina que in incantamentis intocari solent per multa ut sunt ea que duobus his versibus Ennius rite complectitur:

Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iulis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Et que antiquissimus Orpheus ad Museum scribens ampliora istis enumerat. Tellus Proserpina liber Spumigena, Hebe, Hercules, Nymphe,

logos.

April. met. 6. 16

Pan memoria muse gracie, hore annus, Latona, Dione, Curetes, Corybantes, Castor, Pollux, Themis, nox, dies, fides, iusticia. Rhea, Saturnus, Thetis, Oceanus, eternitas, tempus, Styx, Pronoea, demones celestes, aerei, aquatiles, terrestres, subterranei, ignicole, Semele, Bacchus, Iuno, Leucothea, Palemon, victoria, Adrastia, Esculapius, Pallas, venti, tonitrua, menses, Adonis, Eumenides, Hecate. Sunt et alia multa nomina, quorum idem gravis auctor hinc inde in hymnis suis meminit, hinc Eolus Hippotades Opis Ceres, lauerna, Lucia, Iuventa, Senecta matuta, aurora, agenora, ascra, themis, echo, iris, inuidia, liuor, colubrina, auara, fatua, cepia, fames, fama, virtus, salus, Cybele, Cupido, Hymeneus, fortuna, frammisia, biformis, Ianus bifrons pri<sup>us</sup> apus, inguineus, membrosus, lampsaceus, saligineus, somnus conscius, Bachus, Liber, pater Dionisius, Bromius, Licius ignigena, Nyseus indetonsus, Lynius, Nyctileus, Hyacus, Euchius, Vulcanus, mulciber, lennius, iunonius, ignitus, Neptunus, Amphitron, Possidonus, Buccinator, rex aquaticus, tridentifer Nereus, Egeus, Occeanus, Thetis, Pluto, demon Gorgon, Proserpinus, Stigius, Orceus, Erebus, Iuno monetaria, aerea, popularia, Saturnia, Samia, Nuxia, Pronuba, Lucina, Pallas, Virago, Bellona, belligera, armigera, Tritonia, Thracia, Ciclopeia, Minerua, Clotho, Lachesis, Atropos, Saturnus, Celi<sup>us</sup>, falciger, pater deorum, deus temporis, Iupiter pater magnipotens, igneus, tonans, altitonans, fulmifer, Hamon, arenarius, creticus, Mars, Mauors, bellicus, bellator, victrius, sanguineus, gradiuus, Thracius, Sol, Phebus, Diespiter, Cynthius, Delos, Delphicus, Delphos, Apollo, crinitus, Titan, Pean, Latonius, Heliconeus, arcitenens, Licius, Pithius, Venus, cithereia, Aphrodita, Idalia, Acidalia, Cipria, Ericina, Paphia, Mercurius, filius Louis, Maiades, Cillenius, stillans, serpentiger, anguifer, caducifer, Atlantides, preco deorum, interpres superum nuncius, Louis || Luna, Diana, Proserpina, Cynthia, Triuia, Delia, Delphica, Latonia, Phebe.

### CAPITULUM QUADRAGESIMUM SEXTUM

Propria rerum nomina incantationibus ac quibusque magicis experimentis plurimum prodesse omnes magi testantur. Nam quoniam vis rerum naturalis primo procedit ab obiectis ad sensus, deinde ab his ad imaginationem ab hac ad mentem, rursus a mente concipitur, quidem primo, deinde per voces exprimitur. Dicunt platonici in hac ipsa voce iam suis articulis constituta ipsam vim rei sub significationis forma quasi vitam aliquam latere. Jam primo ab ipsa mente quasi per semina rerum conceptam porro per voces editam quasi partum, postremo scriptis servotam sunt itaque propria nomina tanquam radii rerum ubique semper presentes rerumque vim seruantes, quatenus essentia rei significata in

5, d, L, P  
5, i, F  
1a, F

ipsis dominatur et discernitur atque res per illa tanquam per proprias et vivas imagines agnoscuntur. Sic legimus apud Philostratum cum Rome Apollonio puella nupciarum die mortua oblata esset contacta virgine primo nomen eius accurate inquisisse eo cognito aliquod occultum pronunciasse, quo puella repixerit. Iccirco etiam Romani cum more observatum fuisse legimus ut cum urbem aliquam obsiderent eius nomen proprium nomenque illius numinis, in cuius tutela fuit urbs illa, primo inquirerent quibus cognitis soliti sunt quodam carmine omnes eius urbis tutelarios deos effigie urbemque ipsam habitantesque denouere<sup>a)</sup> atque tandem devincere. Unde illus Vergilii:

»Excessere omnes aditis arisque relictis  
Dii quibus imperium hoc steterat.«

#### CAPITULUM QUADRAGESIMUM SEPTIMUM

Est autem carmen, quo evocantur numina cum oppugnatione civitas cingitur eiusmodi. Dii omnes quicumque hanc urbem incolitis tuque maxime ille, qui civitatis huius populi tutelam geris, vos precor et veneror veniamque a vobis posco, ut vos urbem hanc populique deseratis, loca, templa, aras, fana, sacra delubra omnia relinquantis abeatisque eique civitati ac populo obliionem, tristiciam, metum, formidinem, anxietatem, fugam calamitatemque iniiciatis vos ad me meosque veniatis proditique nostram in urbem hec vobis probatior et acceptior sit mihi quoque militibusque meis nostreque urbi prepositi sitis ut sciam et intelligam ita factum quod si ita feceritis voleo vobis loca, templa, sacra arasque facturum. Mos erat in eo carmine hostias mactari, iudiciumque inspicere extorum quomodo promittant futura diis vero iam effigie soliti erant urbem exercitumque denouere hoc carmine. Deorum omnium pater, Iupiter alme seu quovis alio nomine tephas est invocare vosque omnes, quibus populus civitasque. Hoc est in tutelam. Precor ut omnes illam urbem exercitumque illius quique aduersus nos exercitumque nostrum arma telaque ferant eosque hostes eosque exercitus urbes agrosque eorum et qui in illis habitant fuga, formidine, terrore, compleatis abducatis lumine superno prijetis hostes, exercitum urbesque agrosque eorum capita estatesque deputas consecratae que habeatis eosque ego pro me meaque fide magistratu imperio exercitumque meo denoueo, ut me meamque fidem, imperium, exercitum bene saluos esse seruetis, si hec ita feceritis, ut sciam intelligamque tunc votum recte factum esto omnibus atris tribus tellus mater teque Iupiter obtestator obsernatur in hoc carmine ut cum votum dicit manibus pectus

<sup>a)</sup> post h. del. denouare c.

Verg. Aen. 2, 357/52

tangat cum tellurem nominat manibus terram apprehendit cum Iovem appellat manus ad celum tollat.

Videtur sentire Stagirita philosophus officium verborum esse interiora mentis enunciare ac de penetralibus cogitationum secreta de promere voluntatemque pandere eloquentis. Hac itaque ratione magi statuerunt fieri in quo<sup>is</sup> opere imprecatio<sup>n</sup>es vel prolationes et inscriptiones quasdam, quibus agens suum proferat affectum ut si herbam colligat vel plantam dicat, ad quid agendum id faciat, si conficiat imaginem dicat et inscribat, ad quem effectum ea fiat, si inscribat carac<sup>ter</sup>es, inscribat desuper intentionem operis et sic de singulis quas quidem prolationes et inscriptiones dixi<sup>s</sup> Albertus in speculo suo non improbat. Invenimus quoque idem scriptorum genus apud Vergilium, ubi canit:

12

»Terna tibi hec primum triplici diversa colore  
Licia circumdo terque hec altaria circum  
effigiem duco«

12

H prece

et paulo post:

1c 55, 4;

IN

»Necte tribus nodis ternos [Amarilli] colores  
necte [Amarilli] modo et [Veneris] di[us] vincula necto«

18. 5

367

et ibidem:

»Anus ut hic durescit et hec ut cera liquescit  
Uno eodemque igne sic nostro Daphnis amore.«

12

## CAPITULUM QUADRAGESIMUM NONUM ||

12

Lumen etiam qualitas multum formalis et simplex actus intelligentie et imago cuncta ad se vivifico calore contortens tum cuncta per means entia earum qualitates virtutesque conductit per omnia. Iccirco vetant magi umbraque cuiusque infirmi aspergi vel infirmi alicuius urinam contra solem, lunam venudari, quia radii luminis penetrantes subito morbosum corpus noxias qualitates secum ferentes traiciunt in adversum atque illud eiusmodi qualitate male afficiunt. Hec ratio est cur hiena umbre sue contactu facit obmutescere canes. Iccirco fascinantes obseruant ut umbra sua fascinatum contegant. Fiunt eciam artificialiter lumina quedam ut per lampades, licinia, candelas et eiusmodi ex certis quibusdam rebus et liquoribus ad stellarum normam oportune electis et ad eorundem congruitatem inter se compositis quando accenduntur atque sole lucent, solent nonnullos mirabiles et celestes producere effectus, quos sepe homines admirantur, quemadmodum narrat Anaxilaus teste Plinio equarum virus a coitu in lichenis accensum equinorum capitum

12

Verg. Buc. VII, 73/75

Plin. nat. 28, 181

Verg. Buc. VII, 77/79

Verg. Buc. VII, 80/81

32.

VII. C.

## CAPITULUM QUINQUAGESIMUM PRIMUM

Aruspicina, cui additur auguria apud Romanos, in tanto precio fuit,  
ut nihil eorum, que ad publica vel ad privata negocia pertinerent, *77v*

39  
usus monstrifice representare. Simili modo ex asinis fertur quoque quod  
candela ex quibusdam Saturnalibus rebus confecta si accensa extingua-  
tur in ore hominis recenter mortui postea quociens sola luce at inferre  
circumstantibus tristiciam maximam || atque timorem huiusmodi plura  
consilia licinia et lampades. Narrat divus Albertus in quodam tractatu  
de hoc singulari: Colores etiam lumina quedam sunt qui rebus immixti  
solent eos stellis ac celestibus corporibus quibus ipsi congruent exponere.  
Sunt enim colores omnes nigriferrei, plumbei, fusci Saturnum referentes.  
Colores vero saphirei, aerei, perpetuo virides, purpurei, obscuriores, au-  
reique argenteo mixti pertinent ad Iohem. Colores autem rubei, ardentes,  
ignei et ferrei referunt Martem. Colores aurei, crocei, purpurei, lucidiores  
referunt Solem. Colores vero omnes albi, pulcri, varii, virides, rubicundi,  
aliquantulum crocei sive purpurei referunt Venerem, Mercurium atque  
Lunam. ~~Ex~~ domibus celi Prima et septima habent colorem album, se-  
cunda et duodecima viridem, tercia et undecima croceum, quarta et de-  
cima rubeum, quinta et nona mellitum, sexta et octava nigrum. Sunt  
autem colores magis potentes, quando sunt sericei vel metallini vel in  
lapidibus preciosis et in substancialibus perspicuis et in his que celestem simi-  
litudinem plus imitantur.

## CAPITULUM QUINQUAGESIMUM ||

Nunc de divinatione aliqua tractemus. Habet enim in se astrologiam,  
phisionomiam, chiromanciam, haruspicinam, item geomanciam, idro-  
manciam, aeromanciam, piromanciam, necromanciam. De quibus apud  
Lucanum

*Venifica illa se multum iactare visa est, quando inquit:  
Ad verum tellus tobis aetherque chaosque  
equoraque et campi podopeiaque saxa loquantur.*

Divinatio itaque astrologica ostendit nobis per situm et motum cor-  
porum celestium, que futura sunt, prout celestia sunt cause et signa  
eorum, que fiunt in inferioribus. Habet sub se tres species, quarum prima  
tractat de revolutionibus annorum mundi, secunda de nativitatibus,  
tertia de questionibus. ~~H~~ec adiungitur pars electionum. De his diversi  
scripsere auctores, ut Hermes, Ptolomeus, Albumazar, Zebel, Almansor,  
Hali et plures alii, quorum scripta palam extant. Phisionomia autem et  
chiromancia, que quodammodo phisionomie pars est, iudicant de rebus  
non ut cause sed ut signa et effectus consimiles ab eadem causa causati.  
He due species etiam satis note sunt, quare de his breviter transeo.

V. 100. C.

## CAPITULUM QUINQUAGESIMUM PRIMUM

Aruspicina, cui additur auguria apud Romanos, in tanto precio fuit, ut nihil eorum, que ad publica vel ad privata negocia pertinerent, inauspice perfecerint. Populum Hetruscum in hac arte maxime prestitisse Cicero de divinatione copiose narrat. Sunt vero auspiciorum plures species. Nam quedam dicuntur pedestria, que videlicet ex quadrupedibus capiuntur, quedam auguria, que ex avibus <sup>77v</sup> quedam celestia, que ex tonitruo et fulmine, quedam caduca, ut cum in templo vel alibi quid decidisset, quedam sacra, que ex sacrificiis capiebantur. Horum quedam dicebantur piacula et tristia auspicia <sup>77v</sup> ut cum hostia profugisset ab ara vel percussa mugitum dedisset vel in aliam partem corporis quam oporteret concidisset <sup>bis</sup> superadditur exauguratio <sup>77v</sup> quando videlicet e manu augurantis virga decidisset qua contemplari et auspicium capere mos fuit.

## CAPITULUM QUINQUAGESIMUM SECUNDUM

Aruspicinam itaque, que ex animantibus et aibus futura predocet, legimus eam Orpheum illum theogum primo monstrasse, que deposit apud omnes gentes magni habita est. Verificatur autem ipsa per luminositatem sensus nature quasi ab hoc quedam lumina divinationis descendant super quadrupedia, volatilia et alia animantia, per que habeant nobis de eventibus humanis presagire <sup>¶</sup> quod etiam sentire videtur Virgilius, ubi canit:

»Haud equidem credo quia sit divinitus illis.«

Ingenium autem rerum fato prudencia maior.

Eiusmodi autem sensus nature, ut inquit Guillermius Parisiensis, ipse est omni humana apprehensione sublimior et prophecie vicinissimus vehementerque similis ab hoc sensu mirabilis quidam divinationis splendor aliquibus animalibus naturaliter inditus est, quemadmodum in quibusdam canibus manifeste apparet qui latrones et decultos homines et sibi et hominibus penitus incognitos huiusmodi sensu dinoscunt, inueniunt, inuestigant, comprehendunt in eos fauibus et dentibus irruentes simili sensu vultures futuras prevident, strages ex preliis et congregantur in locis, ubi future sunt tanquam prevideant sibi futuram escam, cadauerum eodem sensu perdices cognoscunt matrem suam quam nunquam viderunt et relinquunt perdicem que furatur oua matris et foveat ea. Hoc eodem sensu omnimodo ignorante anima humana senciuntur quedam nociva et terrifica. Unde terror et horror inuadit plurimum homines nihil de rebus eiusmodi scientes vel cogitantes, sic latro latens in domo aliqua, qui cum omnino ibi esse nesciatur vel cogitet horrorem, timorem

ratur, utrum tarde vel festinanter volant. Si quando ad dextram vel ad

40

et cordis inquietudinem || incutit eiusdem domus habitatoribus fortasse non omnibus, quia eiusmodi splendor non omnibus hominibus inest, sed paucis, sic meretrix abscondita in domo aliqua amplissima aliquando ab aliquo omnino ignorantе ibi esse sentitur. Refert quoque idem Guillelmus Parisiensis mulierem quandam suo tempore virum, quem adamabat quando adiret locum, in quo ipsa morabatur, eiusmodi sensu longe a duobus miliaribus presensisse venientem. Refert eciam tempore suo ciconiam quandam adulterio coniunctam per olfactum masculi congregata a masculo multitudine ciconiarum ac detegente ipso crimen femelle ipsam a tota illa multitudine tanquam omnium iudicio rea iudicata deplumatam ac dilaceratam fuisse. Recitat etiam de quodam equo, qui cum ignorans cum matre sua concubuerat, postea id deprehendens ipsum sibi proprius dentibus genitalia abscidisse tanquam vindicans in se incestum. Narrat etiam Plinius de aspide quadam consimile factum. Que cum ad mensam cuiusdam veniens in Egipto quotidie aleretur enixa catulos quorum ab uno filius hospitis interemptus illa reuersa et cognita culpa necem intulisse catulo nec postea in tectum id reuersam fuisse. Iam his exemplis videmus quomodo super animantia quedam presagiorum || lumina descendere possunt velut signa rerum in eorum gestu, motu, voce, volatu, incessu, cibo, colore et eiusmodi constituta. Nam iuxta Platonicorum doctrinam est rebus inferioribus vis quedam insita, per quam magna ex parte cum superioribus conveniunt. Unde etiam animalium taciti consensus cum divinis corporibus consentire videntur atque his viribus eorum corpora et affectus affici, quarum nomina suis ascribuntur numinibus considerare igitur oportet, que animantia sunt Saturnalia, que referunt Iouem, que Martem et sic de singulis et secundum eorum proprietates fingere presagia, sic que Saturnum referunt et Martem dire omnes dicuntur et ferales aves ut noctue ullule et cetere quas supra recitauimus. Bubo quoque, quia avis Saturnalis, solitaria et nocturna in auspiciatissimi ominis esse fertur. Unde canitur:

»Fedaque sic volucres venturi nuncia luctus  
Ignauus bubo dirum mortalibus omen.«

Cignus vero avis deliciosa, Venerae atque eciam Phebo sacra, felicissimi dicitur presagii, presertim in auspiciis nautarum, quia aqua non mergitur. Unde canit Emilius:

Cignus in auspiciis semper letissimus ales.

Sunt preterea oscine aves que ore cantuque auspicium faciunt, ut sunt corvus, picus, cornix. Unde Vergilius:

»Sepe sinistra caua predixit ab ilice cornix.«

Aves vero que futura volatu portendunt sunt sicut buteones, sanguine, aquile, vultures, grues, cigni et similes. In volatu itaque conside-

ratur, utrum tarde vel festinanter volant. Si quando ad dextram vel ad sinistram convolitant quot numero insimul convolitent. Hoc modo grues quando festinanter volant, servant tempestatem, quando silenter serenitatem. Item quando due aves simul convolitent et ferales sunt malum portendere dicuntur, quia numerus confusionis est simili modo de ceteris investigabis rationem de numeris hic transferendo. Preterea similitudinem observare in his iudiciis magistrale est, quemadmodum apud Virgilium dissimulata ipsa Venus filium Eneam edocet in his carminibus:

»Ni frustra augurium vani docuere parentes  
Aspice bis senos letantes in agmine cignos  
Aethere quos lapsa plaga Iovis ales aperto  
turbabat celo nunc terras ordine longo  
aut capere aut captas iam despactare videntur  
ut reduces illi ludunt stridentibus alis  
et coeta mixere polum cantusque dedere  
Haud aliter puppesque tue puppesque tuorum  
aut portum tenet aut pleno subit hostia velo.«

Mirabilissimum autem augurandi genus est quo legitur exeluisse Apollonius Tyanneus quem auium || sermonem calluisse ferunt. Unde narrant de eo Philostratus et Porfirius quod quum olim Apollonius in cetu amicorum consedisset spectans ad passerem in arbore consedentes venisse unum aliunde passenculum gammitu et voce obstrepentem cunctosque sequentes evolasse. Dixit ad socios passer ille reliquis nunciavit asinum prope urbem in angiportu omiscum tritico cecidisse tritumcumque humi diffusum his verbis assatim permulti commoti iure spectatum et ita factum esse ut Apollonius predixerat mirabundi inuenierunt. Porfirius autem Platonicus libro tercio de sacrificiis hirundinem fuisse dicit.

### CAPITULUM QUINQUAGESIMUM TERCIUM

Ceterum autem in haruspicina fulgorum ac fulminum ostentorumque et quomodo portenta et prodigia interpretantur Hetrusci vates ac sacerdotes scienciam tradiderunt. Statuerunt enim 16 celi regiones et cuique sua numina ascripta, preterea 11 fulminum genera et novem deos, qui ea iacularentur, rationes prodendo quid ex quaque parte significant.

### CAPITULUM QUINQUAGESIMUM QUARTUM ||

Portenta vero et prodigia ostentaque / quociens cumque contingunt / enip er aliiquid magnum predicere certum est / ut apud Plinium legimus / I. Actilio et C. Portio consulibus lac et sanguinem pluisse, quod sequenti

60<sup>o</sup>  
5. VI. 1755

Plin. nat. 2, 442  
40

45.

**F**) anno pestem validam Romanam invasuram prenunciavit, ut aliqui ferunt. Item in Lucanis pluit ferrum spongiarum fere simile anno antequam M. Crassus in Parthis interemptus est omnesque Lucani milites, quorum magnus numerus in exercitu erat, cum eo occisi sunt. Item L. Paulo et C. Marcello consulibus lana pluit circa castellum Carissanum iuxta quod post annum Tannus Milo occisus est et subdit armorum crepitus et tube sonitus auditos e celo Cimbricis bellis. Item linus de bello Macedonico anno, inquit, quo decessit Hannibal, per biduum pluit sanguis. Item de secundo bello Punico, inquit, aquam sanguini permixtam de celo decidiisse in modum pluvie tempore quo Hannibal lacerabat Italiam. Item Tarquinii Prisci uxoris videns flammarum lambere Servii Tullii caput regnum illi predixit. Simili modo post captam Troiam disceptante Enea cum Anchise patre de fuga apparuit flamma verticem lambens Ascanii nullamque illi inferens lesionem, quod cum Ascanio regnum portenderet discedere persuasit simili iudicio de similibus iudicabis, quemadmodum diversis temporibus semper ex illis aliquid predivinatum est.

### CAPITULUM QUINQUAGESIMUM QUINTUM

Geomancia vero, cui adiungitur omne sortilegium atque ipsa quidem sortilega est. Vaticinantur in ea per puncta terre inscripta, nam ipsa huic elemento appropriata est et, ut dicunt, per terrestres spiritus sors eiusmodi dirigitur. Que puncta postea deducuntur in figuras et figure eiusmodi reducuntur ad figuram celestem, earum rationes et proprietates assumendo. Iuxta septem planetarum naturas. Erant etiam apud Romanos sortes quedam, que Prenestine dicebantur, tesseris ligneis insculpte, in quibus eorum fata continebantur. Quantulumcumque autem presagii portendere videntur sortilegia eiusmodi non propter hoc, quod sortes sunt, fit illud, sed per virtutem sublimioris operationes ipsis adiunctam ut per sacras invocationes per consecrationes et eiusmodi nisi forte quis dixerit ipsas eciam non nihil virtutis adipisci ab anima operantis quando fertur in magnum sui affectus excessum, quemadmodum caracteres quidem et eiusmodi, de quibus superius dictum est.

### CAPITULUM QUINQUAGESIMUM SEXTUM ||

Idromantia autem iudicat de eventibus per impressiones aqueas ac per visiones, que fiunt in aquis et eiusmibi, quemadmodum teste Varrone vidit puer in aqua Mercurii effigiem, que centum quinquaginta versibus omnem Mithridatici belli eventum prenunciavit. Huic adiungitur lecanonimacia species divinationis, que apud Assirios in magno precio fuit, apud quam nullas mulieres nec cum mulieribus inquinatos

1. L. J. F<sup>2</sup>)  
F. E. F<sup>3</sup>)  
F. Y. F<sup>3</sup>)

1) Plin. nat.  
2, 447

2) Plin. nat.  
2, 447

a) *Tamis c.*

3) *Stm. nat.*  
2, 148

adesse licuit. Fiebat per pelium aque plenam cui imponebatur aurum, argentum, electrum et lapides preciosi et lamine, caracteribus et imaginibus inscripte. Simili modo aeromantia fit per impressiones aereas, per imaginationes in nubibus et visiones in aere. Piromantia fit per impressiones igneas, per visiones in igne. Huic adiungitur capnomantia divinatio, que in sacrificiis per ignem, flammam et fumum capit, videlicet per eorum colores, sonos et motus, ut quando in rectum protenditur vel in obliquum flectitur sive in orbem volvit, quemadmodum de his apud Stacium Papinium legimus in his versibus:

»Vincatur pietas pone eia altaria virgo  
Queramus superos facit illa acieque sagaci  
Sanguineos flammarum apices gemitumque per auras  
Ignem et clara tamen medie fastigia lucis ||  
Orta docet, tunc in speciem serpentis inanem  
Aucipiti gyro volui frangique rubore.«

Uxor quoque Ciceronis hac divinandi specie eum sequenti anno futurum consulem predixit, quia cum post peractum sacrificium quedam in cineribus conspicere vellet flamma repente exilivit.

#### CAPITULUM QUINQUAGESIMUM SEPTIMUM

Necromantia autem ipsa fit per superstitiones, per stigias factiones, per maleficia, tum per manes et subterraneos demones responsa petit quos alliciebant in mortuorum cadavera per feralia quedam, carmina sacrificia et immolations, ut apud Lucanum Ericto benefica mortuum suscitavit, qui eventum belli Pharsalici Sexto Pompeio predixit. Sunt eius due species, scilicet necromancia, hec erigit cadaver, quare non fit absque sanguine, altera vocatur sciomancia in hac sola sufficit umbre evocatio.

#### CAPITULUM QUINQUAGESIMUM OCTAVUM

Est et alia divinationis species, scilicet somniorum interpretandorum licita prorsus et philosophorum traditionibus auctoritatibusque approbata. Somnium autem dico nunc non quod phantasma vel insomnium. || Hec enim vana sunt et nihil divinationis afferunt, scilicet ex vigiliorum reliquiis aut corporis turbatione nascuntur quociens videlicet oppressi corporis vel fortune comodis vel incomodis tunc qualis animus vigilantis fatigaverat talis se ingerit dormienti vel aliquando contrarius insomnio decepti. Somnium igitur dico hic quod in spiritu phantastico animo et corpore, bene se habentibus ex celestium causatur influxu.

rentur, oculi prefulgentis solis lumen, cui haud absimile canit Orpheus  
in his versibus:

»Siderceque domus rex est et Iupiter ipse  
Principium et ortus verum vis una deusque  
Unus et omnipotens regali in corpore cuius  
Singula ponuntur tellus, unda, ignis et aer  
Nox simul atque dies, sapientia primaque origo ||  
At iocundus amor magno hoc in corpore regis  
Sunt Iovis excelsi, cervicem nanque videbis  
Celi suspiciens reverentia magnaqua tacta:  
Hoc caput auriconium flavi de vertice crinis  
Stellarum rutilant radii, dehinc aurea paudit  
Cornua bina, caput capitisque simillima tauri.  
Unum est ortus ipse occasus.«

Etiam aliud:

»Ast oculi fulgens ingenti lumine Phebus  
lunaqure purpureo Phebi redimita colore  
prescia venturi mens constat regnis ether  
quam strepitus nullus nec vis nec flamma latere  
arcanumve potest penetratque per omnia victrix.  
preterea inuictum corpus sine fine modoque  
panditur. Ast humeri magni quoque pectora lata,  
est aer alas quoque vento possidet ille,  
his ad cuncta volans. Euro est velotior ipso,  
tum sacer antiqua matre ex tellure tumescit  
venter et ex altis consurgit montibus iugens-  
quem medio pontus subcingit rite sonorus.  
Ultima preterea terrarum limina et ampli  
fundamenta globi furibundaque tartara plantas  
esse pedum, magni constat rectoris Olimpi.  
Hic cum sub terris celasset cuncta deinde  
ex imis repetens in lucem protulit almam.

Universum itaque mundum Iovem arbitrantur atque sane || ipsius mundi mentem, que in se ipsa mundum continens produxit. Unde Sophocles: In veritate, inquit, solus unus est deus, qui celum hoc et terram capacem condidit. Et Euripides inquit<sup>1)</sup>: »Videsne excelsum, qui illum

<sup>1)</sup> post occassus del. ipse est c.

1) Eurip. fr. 941 N<sup>o</sup>.

infinitum etherem et terram undiquaque complectitur humentibus ulnis. Hunc crede Iovem, hunc arbitrare deum unum.« Ennius canit<sup>1)</sup>:

»Aspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Iovem.«

Universus igitur mundus Iupiter est, ut inquit Porphyrius, animal ex animalibus, deus ex diis constitutus. Iupiter autem est in quantum intellectus est, a quo universa producuntur, cuncta creans intelligendo. Hinc Orpheus in carmine de verbo sacro canit:

»Unus perfectus deus est, qui cuncta creavit.

Cuncta fovens atque ipse ferens super omnia sese.

Qui capitur mente tantum, qui mente videtur

Qui nullumque malum mortalibus invebit unquam,  
quem preter non est alias.«

Et paulo post:

»Ipse est principium mediumque et est exitus idem.«

Vocatque ipsum in eodem carmine mundi ingentem auctorem solum interitique carentem.

Zoroaster quoque in sacra historia de rebus Persicis sic deum diffinit: Deus est inter omnia, que labem nullam et corruptionem senciant. Primus ingenitus nec in teriturus unquam, partium expers, sibimet ipsi simillimus, bonorum omnium auriga et auctor rerum, pater omnium optimus ac prudentissimus, sacrum iusticie lumen, absolutissima nature perfectio eiusque inventor ac sapientia. Apuleius autem describit ipsum basileum (hoc est regem) tocius rerum nature causam, rationem et originem initialem, summi animi genitorem, eternum, animantium spositatorem, sine propagatione genitorem neque loco neque tempore nec ulla vice comprehensum eoque paucis cogitabilem, nemini effabilem. Hic igitur est ille summus et omnipotens Iupiter, deorum omnium rex atque dominus. Huic soli cultura debetur religiosa, aliis vero nec debetur nisi propter ipsum.

## CAPITULUM QUINTUM

Colere quoque nos oportet Dei filium, divinum scilicet intellectum, ut tradunt Plotinus et Philo, a Deo patre manantem, quemadmodum abs loquente verbum vel sicut a lumine lumen. Filium quoque illum cum patre unum et eundem in essencia Deum credendum est, quod etiam Iamblicus combropare videtur, Deum videlicet sui ipsius patrem filiumque nominans. Mercurius quoque Trimegistus in Asclepio Dei filium di-

1) *Enn. scen. 345 V.*

versis in locis affirmat. Inquit enim: Deus mens atque pater mentem sibi aliam opificem peperit. Et alibi: || Monas gignit monadem et in se suum reflectit ardorem et in Pimandro, ubi vaticinari debetur de futura lege gracie ac de regenerationis misterio dit: Regenerationis auctor est filius Dei, homo unius voluntate Dei. Vocat eciam Deum utriusque sexus fecunditate plenissimum. Similiter Indorum philosophi asserunt mundum esse animal passim masculum atque feminam et Orpheus naturam mundi Iovemque mundanum marem simul appellat et feminam asserit que utrumque diis sexum inesse. Hinc virgilius de Venere inquiens canit<sup>1)</sup>:

»Descendo ac ducente Deo.«

Et alibi de Iunone sive Alecto intelligens inquit<sup>2)</sup>:

Nec dextre erranti deus abfuit.«

Et Tibullus canit<sup>3)</sup>:

»Qui Veneris magni violavi numina verbo.

Et Carenus populus deum lumini mirifica veneratione coluisse legitur. Sed redeam, unde digressus sum. Adducit eciam Iamblicus Chaldeorum oracula ponentia in Deo paternam potestatem. Intellectus a patre emanationem amoremque igneum quem nostre fidei doctores terciam personam ponunt in divinis scilicet spiritum sanctum, a patre filioque procedentem eundemque deum Hinc apud Plutarchum legimus gentiles deum descriptsisse esse ipsum spiritum intellectualis et igneum, non habentem formam, sed transformantem se in quodcumque voluerit et coequantem se uniuersis. Et Deuteronomii legitur<sup>4)</sup>: »Deus ignis || consumens est.« De quo et Zoroaster ait omnia esse ab igne uno genita. Asserens et Heraclitus Ephesius cuncta ex igne genita esse docuit. Hinc divus Plato deum in ignea essentia habitare posuit intelligens videlicet inenarrabilem Dei in se ipso splendorem et circa se ipsum amorem. Et apud Homerum legimus ethera esse regnum Iovis, ubi canit:

»Jupiter obscurans nebulas et in ethere regnans.«

Et idem alibi:

»Sors Iovis est celum, nebulis sedet ethere lato.«

Dicitur enim ether iuxta Grecorum grammaticam ab aetho, quod significat ardere, et aer spiritus, quasi aethaer, id est ardens spiritus. Hinc Orpheus:

»Aethera appellavit piripnon, hoc est igneum spiraculum.«

1) *Aen.* II, 632.

2) *Aen.* VII, 498.

3) *Tib.* I, 2, 79.

4) *Deut.* 4, 24.

## PITULUM SEXTUM

= 1109

Decreverunt itaque doctores catholici populusque fidelis ita sensendum ac profitendum esse, quod unus solus sit verus Deus increatus, immensus, eternus, omnipotens, pater, filius et spiritus sanctus, tres quidem persone sibi invicem coeterne et coequales, una tamen essentia et substancia naturae simplex omnino. Hec est fides orthodoxa, hec est catholica religio, hec est christiana veritas, ut unum Deum in trinitate et trinitatem in unitate veneremur neque confundentes personas neque substanciam separantis. Pater ab eterno genuit filium suamque illi dedit substanciam ac nihilominus retinuit. Filius quoque nascendo patris accepit substanciam, non tamen personam propriam patris assumpsit neque pater eam in filium transtulit. Sunt enim ambo unius et eiusdem substancie, sed diversarum personarum. Filius quoque hic licet patri coeternus sit ex substancia patris ante secula genitus tamen nihilominus ex substancia virginis in seculo natus est et vocatum est nomen eius Ihesus, perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali et humana carne subsistens, cui nihil humanum defuit preter peccatum. Necessarium igitur est, ut credamus, quia Dominus noster Iesus Christus, Dei filius, Deus et homo est, una persona, due nature. Ante secula genitus est, Deus sine matre in seculo natus est, homo sine patre de virgine ante et post partum incorrupta passus in cruce mortuus est, sed in cruce vitam restauravit et mortem morte resolvit, sepultus est et descendit ad inferos, sed animas patrum reduxit ex inferis et surrexit per virtutem propriam tercia die, ascendit in celos et misit spiritum sanetum paracletum et venturus est iudicare vivos et mortuos, ad cuius adventum omnes homines resurre*ct*uri sunt in carne sua et reddituri sunt de factis propriis rationem. Hec est vera fides, quam si quis non crediderit vel de qua si quis dubitaverit a spe vite ac salutis eterne alienus est.

## CAPITULUM SEPTIMUM

Nunc consequenter de demonibus videamus. Est demon substancia intelligibiles, libera ab omni corporis mole, immortalis, insensibilis, cunctis assistens, cuncta illuminans atque eadem est omnium demonum natura. Demonum vero lumen ab ipso Deo descendit atque subinde in hominem transfunditur, quando scilicet demon, ut inquit Hermes, in humanam influit animam, semina proprie notionis inspergens. Unde anima talis seminibus conspersa furore pregnans parit. Inde mirabilia et qualiacunque demonum sunt officia. Bonus enim demon, quando in sanctam influit animam, extollit eam ad sapientie lumen, malus vero demon in pravam transfuscus animam incitat eam in furta in homicidia in luxurias et quecumque malorum demonum sunt officia.

## CAPITULUM DECIMUM //

et demones quasi ministros ad eos que fiunt in inferiori-

46

## CAPITULUM OCTAVUM

Ponunt magitria demonum genera. Ponunt primo de mones super celestes, quos dicunt mentes a corpore penitus seiunctas quasi intellec tuales speras Deum unum ranquam ipsorum firmissimam stabilissimam que unitatem sive centrum colentes, quapropter apud nos iam dii participatione quadam denominantur, quia semper sunt Deo pleni divinoque nectare ebrii. Hii, ut inquit Iamblicus, animas perfectissime purgant, exhibent insuper alii nobis, alia ipsi presentes dant corpori sanitatem, virtutem anime menti securitatem, quod in nobis est letiferum. Delent calorem, fovent efficacioremque reddunt ad vitam. Et armonia intelligibili menti lumen semper effundunt.

## CAPITULUM NONUM

Ponunt secundo demones mundanos, scilicet ultra divinum cultum volvendis mundi operis accomodatos unicuique celorum et stellarum presidentes. Unde eos in totidem distribuunt ordines, quot in mundo sunt celi et quot in celis sunt stelle. Unde vocabant alias Saturnios, qui pressent celo Iovis et ipsi Iovi similiter pro aliarum stellarum tam nomine quam virtute varios demones ponunt et cognominant. Posuerunt quoque in celostellato et in superiori demones, qui preessent signis et gradibus et triplicitatibus et posuerunt ipsis nomina. Posuerunt quoque 12 de monum principes, quemadmodum et 12 sunt in zodiaco signa et posuerunt omnibus nomina et caracteres et utebantur eiusmodi in invocationibus, in incantationibus et sculpturis suis describendo in suarum operationum instrumentis, ut in imaginibus, laminis, speculis, annulis, cartis, cereis et eiusmodi, ut videlicet quando operabantur ad solem. Invocabant per nomina solis et per nomina demonum solarium, similiter de aliis. Nunc igitur qui demones preesse dicuntur planetis atque signis narrabo. Preest Saturno Rachapiel, Iovi Cadaciel, Marti Samael, Soli Raphael, Veneri Abyael, Mercurio Michael, Lune Gabriel. Preterea subsunt Saturno arie, arila, cayl; Iovi hamel; Marti mamarul et rebeil; Soli requul et machimeryel; Veneri huyna, hymiael, behomydyn; Mercurio anthyym; Lune lyeleyl. Ex signis vero 12 presunt arieti malchida, tauro asmodel, geminis ambriel, cancro muryel, leoni verchiel, virginis hamael, libre zuriel, scorpioni barbiel, sagittario adnaxiel, capricorno hanael, aquario gambiel, piscibus barchiel. Quisque autem horum demonum grandis princeps est et habent potestatem multe libertatis in dominio suorum planetarum et signorum et unusquisque eorum dominatur pluribus legionibus.

## CAPITULUM DECIMUM //

Tercio ponunt demones quasi ministros ad ea, que fiunt in inferioribus. disponenda illos simili modo in plures distribuunt ordines, ut alii ignei, alii aerei, alii aquei, alii terrei, que quidem 4 demonum species iuxta 4 celestium animarum vires: mentem, rationem, imaginationem, naturam scilicet vivificam et motricem computantur. Hinc ignei celestium animarum mentem sequuntur. Unde ad sublimiora contemplanda concurrunt. Aerei autem rationem sequuti rationali favent potencie eamque a sensuali vegetabilique quodammmodo segregantes. Serviunt igitur vite active, quemadmodum ignei contemplative, aquei vero imaginationem sensumque sequuti vite serviunt voluptuose. Terrei naturam sequuti vegetali nature favent. Preterea distinguunt etiam hoc demonum genus in Saturnios et Ioviales iuxta stellarum celorumque nomina. Preterea alios esse orientales, alios occidentales, alios meridionales, alios septentrionales, denique nulla mundi pars est propria horum demonum assistencia destituta, non quia ibi solum sunt, sed quia, ibi maxime regnant. Sunt enim ubique quamvis alii alibi potissimum operantur atque influunt. Simili modo alios vocant silvestres, alios montanos, alios campestres, alios domesticos. Hinc Fauni, Satiri, Panes // Nymphe, Nereides, Driades, Pierides, Amadriades, Potamides, Hinnides, Napte, Agapte, Dodone, Pales, Fenilie, Parce, Muse, Aonides, Castalides, Heliconides, Pegasides, Meonides, Phebiades, Camene, Charites, Genii, Lemures et eiusmodi, quos appellant plebem superum, alii semideos deasve horum aliqui hominibus ita proximi sunt et familiares, ut eciam perturbationibus afficiantur humanis, quorum instructione putat Plato homines sepe miranda efficere prestigia, quemadmodum instructione hominum bestie nonnullae nobis propinquiores ut simie, canes, elephantes mira sepe supra suam speciem operantur. Preterea ex illis aliquos esse corpore os mortalesque, quorum corpora gignantur et intereunt. Vite tamen longeve Egipciorum opinio est Platonicorumque presertim a Proculo comprobata. Plutarchus quoque et Demetrius philosophus Emilianusque rhetor idem affirmant. Testantur enim ex multis sui temporis prodigiis pana magnum demonem pluresque alios eiulasse primum deinde etiam obiisse. Horum itaque demonum scilicet tertii generis ut Platonicorum sententia est. Totidem ferunt esse legiones quot in celo sunt stelle totidem quoque quot stellas celum ipsum complectitur, in qualibus legione esse demones.

## CAPITULUM UNDECIMUM //

Sub hiis ponunt genus demonum subterraneum sive tenebrosum, quos vocant scelerum ultores et malos demones. Horum etiam plures

computant legiones ipsos simili modo iuxtra stellarum et elementorum nomina ac mundi partes distinguentes ponuntque ipsis reges et principes et presidentes et eorundem nomina. Ex his presunt ceteris quatuor reges potentissimi iuxta 4 mundi partes, quorum nomina appellant Uriens rex orientis, Amaymon rex meridiei, Paymon rex occidentis, Egyn rex septentrionalis. Sub his plures alii dominantur principes legionum et presides, quorum nomina libenter osmitto. Multi quoque privatorum officiorum hinc gorgonis statonocte furie hinc Tesiphone, Alecto, Megera, Cerberus.

### CAPITULUM DUODECIMUM

Theologi vero nostri cum Dionisio similiter triplices ponunt, vide-licet bonorum demonum distinctiones. Harum quamlibet in tres dividunt ordines, ut videlicet sint tres distinctiones novem ordines. Has vocant hierarchias, illos appellant choros, quos et Proculus novenario numero distinguit. Ponunt itaque in superiori hierarchia, seraphin, cherubin, thronos tanquam supercelestes demones divine providentie ordinem contemplantes primi in Dei bonitate, secundi || in essencia Dei tanquam forma, tertii in sapientia. In media hierarchia ponunt dominationes, virtutes et potestates tanquam mundanos demones ad mundi gubernationem concurrentes. Horum primi precipiunt, quod reliqui excequuntur, secundi administrant celos, nonnumquam ad miracula facienda conspirant, tertii arcant que divinam legem perturbare posse videntur. In inferiore autem hierarchia ponunt principatus, archangelos et angelos, quos etiam Iamblicus numerat. Hii tanquam demones ministri ad inferiora curanda descendunt. Horum primi curant publica, principes et magistratus, provincias et regna, singuli singula. Unde legitur Danielis<sup>1)</sup>: »Princeps autem regni Persarum restitit mihi 21 diebus«. Secundi sacris intersunt, divinum cultum circasingulos homines dirigunt precesque hominum et sacrificia coram diis offerunt. Tercii minora queque disponunt ac singulis custodes adsunt.

### CAPITULUM DECIMUM TERCIUM

Est theologorum vulgaris sententia demones malos omnes eius esse nature, ut deos pariter oderint et homines. Iccirco divina providentia demones nobis puriores prefecit propinquos, quibus nos tanquam pastribus seu rectoribus commendavit ut nos quotidie || adiuvent demonesque malos arceant, compescant et religent, ne noceant nobis quantum vellet, quemadmodum legitur Thobie<sup>2)</sup>: »Et apprehendit Raphael demo-

<sup>1)</sup> *Dan. 10, 13.*

<sup>2)</sup> *Tob. 8, 3.*

nium novum asmodeus et religarit ipsum in deserto superioris Egipti.« Nullus enim principum, nullus magnatum incolumis persisteret, non ulla mulier incorrupta remaneret, nullus hominum in hac ignorancie valle ad constitutum sibi a Deos finem perversiret, si boni demones nobis pro custodia non assisterent, at si vel mali demones malis hominum voluntibus satisfacere permetterentur.

## CAPITULUM DECIMUM QUARTUM

Triplex igitur unicuique demon est proprius custos, unus quidem sacer, alter geniture, tertius professionis. Demon quidem sacer hic quando descendit anima rationalis a superna causa datur universalis supra naturam. Hic vitam anime dirigit cogitationesque bonas menti semper exhibet assidue agens in nobis illuminando, quamvis tamen non semper animadvertisimus, sed quando purgati sumus atque tranquille vivimus. Tunc a nobis percipitur tunc quasi nobiscum loquitur suamque nobis communicat vocem, antea silentio presens studetque assidue ad sacram nos adducere perfectionem. Huius quoque demonis auxilio possumus malignitatem fati deflectare. Demon autem geniture, qui et genius dicitur, hic a mundi dispositione siderumque circuitibus, qui in generatione versantur, descendit. Hic executor vite atque custos eam corpori conciliat et communicatam corpori curat hominemque ad hoc ipsum officium adiuvat, ad quod nascentem celestia deputarunt. Quicumque igitur genium fortunatum acceperint, redduntur in eorum operibus virtuosi, efficaces, fortes et prosperantes, quam ob rem a philosophis bene fortunati seu bene nati dicuntur. Demon vero professionis hic datur a sideribus, quibus talis professio vel secta, quam homo aliquis professus fuerit, subicitur. Hic demon mutatur mutata professione, tum pro dignitate professionis digniores ac etiam sublimiores adsunt nobis professionis demones. Quando itaque professio cum natura nostra consentit, similis nobis atque concors cum genio adest professionis demon vitaque nostra magis efficitur<sup>a)</sup> tranquilla, felix atque prospera, quando vero professionem genio subimus dissimilem vel contrariam vita nobis redditur laboriosa et discordantibus patronis perturbata. Ut igitur prospere vivas feliciterque agas imprimis cognosce genium tuum et naturam tuam et quid boni tibi promittat dispositio celestis. Horum exordia sequaris, hec profitearisi.

## CAPITULUM DECIMUM QUINTUM ||

Naturam et nomen genii cuiusque hominis invenire posse putant aliqui Hebreorum hoc modo: cognito gradu ascendentis alicuius nativi-

<sup>a)</sup> afficitur corr. efficitur c.

et Terpsicorem, in celo Martis Bassarium atque Clio, in celo Solis Trietericum et Melpomenem in celo Veneti.

tatis et similiter gradu decime septime et quarte inquiritur planeta almuten iuxta quinque eorum dignitates essenciales super 4 illis angulis, ita ut qui plures illic habuerint dignitates ipse sit Almuten et dominus genii ponaturque primus inter ceteros et post eum qui sibi proximus est in numero dignitatum et hoc modo succedendo ad reliquos, qui aliquam obtinent in predictis angulis dignitatem. Hoc ordine habitu scias verum eorum locum et gradum in zodiaco, deinde incipias a gradu ascendentis per singulos gradus proiicere viginti duas Hebreorum litteras, que sunt

Dando unicuique egradui unicam litteram et quec ecicerint in supradictorum planetarum gradu resava, quibus dispositis iuxta ordinem superius inventum et rite combinatis genio nomen constituunt.

#### CAPITULUM DECIMUM SEXTUM

Posuerunt philosophi celos ac stellas esse divina animalia et animas eorum intelligentes mentem participantes divinam et posuerunt ipsis subesse substancias separatas quasi regentes et ministrantes, quas vocabant intelligencias et demones, et asserit divus Plato eiusmodi animas haud quanquam corporibus suis cohiberi, quemadmodum anime nostre corporibus nostris sed ubique velint esse et simul Dei visione gaudere et sine ullo labore et sollicitudine corpora sua regere et movere et una his movendis inferiora facile gubernare. Iccirco eiusmodi animas deos nuncupabant et statuerunt ipsis divinos honores precesque et sacrificia dedicarunt eisdem et diverso cultu venerabantur. Preterea omnes eiusmodi animas reducebant ad unam animam mundi sive universi. Similiter deos omnes ad unum referebant Iovem, qui sub variis nominibus colebatur, ut narrat Marcus Varro in libro de cultu deorum. Unde canit Valerius Soranus:

»Iupiter omnipotens regum rex ipse deusque  
Progenitor genitrixque deum deus unus et omnis.«

#### CAPITULUM DECIMUM SEPTIMUM

Nunc si nomina animarum istarum cognoscere cupis, scias iuxta Orphei theologiam unamquamque eiusmodi animarum geminam habere virtutem, unam in cognoscendo positam, alteram in virificando et regendo corpus suum esse sitam. Hoc modo in speris celestibus priorem illam virtutem vocant Orpheus Bachum, alteram appellat Musam, ita novem Bachi circa 9 || Musas designantur. Unde in nona spera ponit Orpheus Bachum Eribronium et Musam Callopen. In celo stellato Picionium et Uraniam, in celo Saturni Amphietum et Polimniam, in celo Iovis Sabasium

et Terpsicorem, in celo Martis Bassarium atque Clio, in celo Solis Trietericum et Melpomenem, in celo Veneris Lisium et Erato, in celo Mercurii Silenum et Euterpe, in celo Lune Bachum Licuntum et Thaliam Musam, similiter in speris elementorum animas nominat hoc modo. In igne ponit Planetam et Auroram, in aere fulminatorem Iovem et Iunonem, in aqua Oceanum et Thetim, in terra Plutonem et Proserpinam. Animam vero mundi sive totius universi vocant magi Iovem mundanum, mentein vero mundi Apollinem nuncupant, naturam mundi Minervam. Preterea in igne Vulcanum, in aqua Neptunum, preterea planetas Saturnum, Iovem celestem, Martem, Solem, Venerem, Mercurium, Lunam et nominabant ipsos diversis nominibus. In sideribus quoque zodiaci 12 ponebant Pitagorici 12 particulares deos sive animas in cordibus eiusmodi siderum sitas atque exinde totum sidus regentes, scilicet in corde arietis Pallas particularis, in corde tauri Venus particularis, geminorum Phebus particularis, cancri Mercurius, leonis Jupiter, virginis Ceres, libre Vulcanus, scorponis Mars, sagittarii Diana, capricorni Vesta, aquarii Iuno particularis, in corde piscium Neptunus particularis.

#### CAPITULUM DECIMUM OCTAUUM

Habere mundum animam corporaque celestia similiter et eam quidem intelligentem omnes nobilissimi poete et philosophi testantur. Hinc Marcus Mannilius poeta in astronomicis ad Augustum canit<sup>1)</sup>:

»Hoc opus immensi constructum corpore mundi  
Membraque nature diversa condita forme  
Aeris atque ignis terre pelagique iacentis  
Vis anime divina regit, sacroque meatu  
Conspirat deus et tacita ratione gubernat.«

Item Lucanus<sup>2)</sup>:

»Aere libratum vacuo que sustinet orbem,  
Tocius pars magna Iovis . . .«

Et Boetius<sup>3)</sup>:

»Tu triplicis medianam nature cuncta moventem  
Connectens animam per consona membra resolvis.  
Que cum secta duos motus glomeratur in orbes,  
In semet redditura meat, mentemque profundam  
Circuit, et simili convertit imagine celum.«

1) *Man. I*, 247—251.

2) *Luc. V*, 94—95.

3) *Boeth. cons. phil. III m. IX*.

Et Vergilius omnis philosophie plenissimus 6<sup>to</sup> Eneidos canit<sup>1)</sup>:

»Principio celum ac terras camposque liquentes ||  
 Lucentemque globum lune Titaniaque astra  
 Spiritus intus alit, totaque infusa per artus  
 Mens agitat molem et magno se corpore miscet.  
 Inde hominum pecudumque genus viteque volantum  
 Et que marmoreo fert monstra sub equore pontus.  
 Igneus est ollis vigor et celestis origo.  
 Seminibus, quantum non noxia corpora tardant.«

Quid enim hii versus aliud velle videntur quam mundum non modo habere spiritum et animam, sed etiam mentis divine participem atque omnium inferiorum originem, virtutem, vigorem ab ipsa mundi anima dependere. Hoc Platonici omnes, hoc Aristoteles, Theophrastus, Avicenna, Algaceles omnesque Peripathetici confitentur ac summo opere confirmant. Preterea Aurelius Augustinus in libro enchiridion et divus Thomas Aquinatus in libro contra gentiles et Guilelmus Parisiensis in libro de universo tradunt ista religione christiane minime contrariari nec quicquam interesse sive corpora celestia habeant animam sive non habent.

#### CAPITULUM DECIMUM NONUM ||

Habet enim mundus, habent celi, habent stelle, habent elementa animam cum qua causant animam. In inferioribus habent eciam spiritum, ut alibi diximus, qui mediante anima suo adest corpori. Nam cum mundi corpus totum quoddam est corpus, cuius particule sunt omnium animantium corpora, accedit quoque ad hec quod quanto totum est parte perfectius et nobilior, tanto mundi corpus perfectius nobiliorusque est singulorum animantium corpore absurdum, ergo foret cum imperfecta queque corpuscula et mundi particule et vilissima queque viventia vita digna sunt, vitam possident, animam habent, mundum ipsum totum perfectissimum ac nobilissimum corpus neque vivere neque animam habere, similiter celo ac stelle et elementa, que singulis vitam animamque largissime prebent. Ipsi vita animaque carebunt eritque planta vel arbor quevis nobilioris conditionis quam celum ac stelle et elementa, que naturaliter sunt sua causa, quod quam stultum erit opinari nemo sane mentis ignorat. Quis enim nisi vite insors terram atque aquam neget vivere, que ex se innumerabiles arbores, plantas, animantesque generant, vivificant, nutriti, augent, sicut manifeste appetit in sponte nascentibus et in his, quibus semina corporalia desunt. Neque enim possent eiusmodi vi-

1) *Verg. Aen. VI, 724~731.*

ventia generare et nutrire, si vita carerent. Dicent forte || aliqui viventia eiusmodi non ab anima terre vel aque, sed ex celestium animarum influxibus progigni. Ad hoc respondent Platonici non posse accidens generare substanciam, nisi forte ut instrumentum proxime substancie subiciatur. Dico autem proxime, quia instrumentum ab artifice remotum non modo ad artis effectum, sic eciam celestes illi influxus cum sunt accidentia quedam a suis vitalibus substanciis sive ab ipsa vita longe remota vitalem substanciam in istis inferioribus non generabunt. Vivit itaque mundus, habet animam, habet sensum, siquidem vitam dat plantis, que ex semine non gignuntur, et sensum prebet animalibus, que non gignuntur per coitum.

### CAPITULUM VICESIMUM

Quod etiam anime, quas diximus, rationem habeant, patet. Nam cum universa dictarum animarum opera perpetuo quodam ordine inter se conspirant, necessarium est, non casu, sed ratione regantur, quibus rationibus cunctas suas operationes ad certa dirigant et perducant. Necesse est enim terram rationem habere terrenorum et aquam aqueorum, similiter in ceteris quibus singula suo tempore, loco et ordine procreantur et sepe lesa re|creantur absurdum etiam foret, cum nos nostrorum operum possidemus rationes animas celestes, preterea animam universi neque suorum rationem habere.

### CAPITULUM VICESIMUM PRIMUM

Inquit divus Plato: Mundus ab ipso bono quam optimus effici poterat est effectus. Est igitur non solum vite, sed etiam intelligentie mentisque particeps, quod autem celestium corporum elementorumque anime mentem habeant, patet. Nam siquidem perfectio corporis anima est et illud corpus perfectius est, quod perfectiorem habet animam. Necesse est, cum hec corpora perfectissima sunt perfectissimas eciam habeant animas. Sunt igitur intellectus mentisque participes, quod etiam Platonici ex ordine tenorisque eorundem perseverancia comprobant, quia motus anime cum sit natura sua liber prevaricaria facile potest ac vicissim pervagari, nisi intellectu menteque regatur et ea quidem perfecta electissimam vitam atque optimum finem ab inicio providente que quidem mens perfecta, quia potentissime adest anime, qualis est anima mundi et quales sunt anime corporum celestium et elementorum procul dubio ordinatissime et perfectissime ascriptum sibi opus gubernat || Siquidem potentissime anime corpora non resistunt et mens perfecta non variat consilium.

## 59 CAPITULUM VICESIMUM SECUNDUM

Creatus est homo ad imaginem Dei. Imago Dei mundus est, imago mundi homo est. Iccirco a Grecis microcosmos dicitur, hoc est minor mundus. Mundus animal est rationale immortale. Homo similiter animal est rationale, sed mortale, hoc est dissolubile. Nam, ut inquit Hermes, cum mundus ipse immortalis est, impossibile est partem eius aliquam interire. Mortis igitur nomen vanum est, quam admodum et vacuum nusquam est. Mori igitur fingimus hominem, cum anima a corpore separatur non quod aliquod illorum intereat sive convertatur in nihilum.

2. D. 36

## CAPITULUM VICESIMUM TERCIUM

Anima humana est lux quedam divina ad imaginem verbi cause causarum primi exemplorum creata substantia Dei sigilloque figurata, cuius caracter est verbum eternum. Item anima humana est substantia quedam divina individua et tota cuique corporis parti presens ab incorporeo auctore ita producta, ut ex agentis virtute solum non ex materia gremio dependeat. Talis igitur humana anima iuxta Platoniconrum sententiam immediate procedens a Deo per media competencia corpori huic iungitur crassiori. Nam primo quidem in ipso descensu celesti aereoque involvitur corpusculo, quod ethereum anime vehiculum vocant, alii currum anime appellant. Hoc modo iussu Dei, qui mundi centrum est, in punctum cordis medium, quod est centrum humani corporis, primum infunditur et exinde per universus corporis sui partes membra que diffunditur, quando currum suum naturali iungit calori per calorem spiritui ex corde genito. Per hunc se immergit humoribus, per illos inheret membris atque his omnibus eque fit proxima, licet per aliud in aliud transfunditur, quemadmodum calor, ignis aeris et aque heret proxime, licet per aerem tollatur ad aquam, ita patet, quomodo immortalis anima per immortale corpusculum, videlicet ethereum vehiculum corpore clauditur crassiori et mortali. Quando vero per morbum malumve soluntur vel deficiunt. Hec media tunc anima ipsa per singula media sese recolligit refluxitque in cor, quod primum erat anime receptaculum cordis vero deficiente spiritu extinctoque calore ipsum decesserit et moritur homo et evolat anima cum ethereo hoc vehiculo illamque egressam genii custodes demonesque sequuntur et ducunt ad iudicem, ubi lata sententia bonas animas deus tranquille perducit ad gloriam, malas violentus demon trahit ad penam.

2. D. 37

## CAPITULUM VICESIMUM QUARTUM

Cum moritur homo, corpus in terram convertitur mens in celos re-  
meat. Unde Lucrecius<sup>1)</sup>:

1) *Lucr. II, 999—1001.*

»Cedit item retro, de terra quod fuit ante,  
In terras, et quod missum est ex etheris oris,  
Id rursum celi fulgentia templa receptant.«

Mens nunquam condemnatur, quia culpe semper insors anima, si bene egerit congaudet menti, si male egerit, mens iudicat eam et mesta anima sine mente vagatur apud manes idolum, quam vocant imaginem. Unde Vergilius<sup>1)</sup>:

»Et nunc magna mei sub terras ibit imago.«

Hec imago quandoque aereum corpus ingreditur, umbram, qua involuta vires explicat senciendi, quas extra hanc replicat in se ipsam, nunc amicos consulit, nunc hostes exagitat, quemadmodum apud Virgilium Dido minatur Enee<sup>2)</sup>:

»Omnibus umbra locis adero. dabis, improbe, penas.« ||

Nam cum in anima seiuncta a corpore perturbationes et memorie sensus que remanent, dicunt Platonici animas precipue interfectorum hostes exagitare non tam humana indignatione id efficiente quam eciam divina nemesis ac demone providente ac permittente idem divus Plato in nono legum affirmat.

### CAPITULUM VICESIMUM QUINTUM

Anima humana constat mente, ratione et idolo, mens illuminat rationem, ratio fluit in idolum, omnia una sunt anima. Ratio nisi per mentem illuminetur ab errore, non est immunis, mens autem lumen rationi non prebet nisi lucescente deo primo videlicet lumine. Prima enim lux in Deo est supereminens omnem intellectum. Quapropter non potest lux intelligibilis vacari, sed lux illa, quando infunditur menti, fit intellectualis atque intellegi potest, deinde, quando per mentem infunditur rationi, fit rationalis ac potest non solum intelligi sed etiam cogitari, deinde, quando per rationem infunditur in idolum aninie, efficitur non solum cogitabilis, sed etiam imaginabilis, nedum tamen corporea, quando vero exinde migrat in ethereum idoli vehiculum efficitur, primum corporea non tamen manifeste sensibilis, donec transeat in corpus elementale sive simplex aereumque sive compositum, in quo efficitur lux manifeste visibilis ad oculum hunc lucis progressum considerantes Caldeorum philosophi suspendam quandam narrant mentis nostre potentiam videlicet fieri posse, ut mens ipsa tota acie in deum defixa divino lumine impleatur atque sic impleta lumine effusis radiis per singula media usque in hoc crassum,

1) Verg. Aen. IV, 654.

2) Verg. Aen. IV, 386.

tenebrosum, grave, mortale corpus ipsum quoque copioso lumine circumfundat reddatque stellis simile eque coruscans tum etiam radiorum suorum copia ac levitate tollat in altum tanquam stappa elevata per flammam ignis minus homo miretur, qui noverit famosos istos melancolicos, qui ambulant in somniis et per invia vadunt et ascendunt per inacessa et exercent opera vigilantium et que vigilantes minime possent, quorum non est alia ratio in natura quam fortis imaginatio et exterminata. Si itaque tanta est virtus imaginationis, ut quorsum ipsa somniant et imaginatur secum trahat et grave corpus, non est dubitandum, quin maior sit potencia mentis. Si quando suam fuerit naturam assequuta nec sensuum illecebris gravata perseveraveritque incorrupta suique similis, sed nunc ad exempla. Tam copioso lumine celestium stellarum anime abundant, ut ingens inde in corpora sua redundat copia luminis. Sic Socrates transfiguratus legitur solis luciferas uti vicerat lumine rotas sic Zoroastrem transfiguratum sublatumque corpore sursum sic Enoch et Heliam igneo quodam curru celos ascensisse, sic paulum in tertium celum raptum esse sic corpora nostra post mundi iudicium que tunc glorificata dicentur similiter raptum iri fulgereque ut sol et luna hac ratione dicere possumus.

### CAPITULUM VICESIMUM SEXTUM

Mens supra fatum in providentia est, iccirco nec celestium corporum influxibus nec rerum naturalium qualitatibus afficitur. Sola igitur medetur illi religio. Idolum autem anime infato est supra naturam, que corporis et anime quodammodo nodus est sub fato supra corpus. Iccirco celestium corporum influxibus immutatur rerumque naturalium et corporalium qualitatibus afficitur. Dico autem anime idolum potentiam illam vivificativam et rectricem corporis sensum originem, per quam ipsa anima in hoc corpore vires explicat senciendi sentit corporalia per corpus movet, corpus per locum regit in loco aliquo in corpore corpus. In hoc idolo due potentissime dominantur virtutes, una videlicet, que dicitur fantasia sive virtus imaginativa, de cuius potencia dictum est in libro primo, ubi de passionibus anime || tractavimus, altera virtus est, que appellatur sensus nature, de quo dictum est in libro secundo, ubi mencionem fecimus de aruspicina. Homo itaque per naturam corporis est sub fato, anima hominis per idolum in fato naturam movet per mentem vero est supra fatum in providencie ordine. Ratio autem libera sui iuris est, anima itaque per rationem modo has, modo illas partes sequitur quandoque anima per rationem ascendit in mentem, ubi divino lumine repletur, quandoque descendit in idolum, ubi celestium corporum influentiis rerum que naturalium qualitatibus afficitur sensibiliumque pas-

sionibus et occursu distrahitur, quandoque anima se totam replicat in rationem vel res alias argumentando indagans vel contemplando semet ipsam.

## CAPITULUM VICESIMUM SEPTIMUM

Tantum denique est rationis imperium, ut quocienscunque aliquid incurat vel in mentem vel in idolum vel in naturam vel in corpus non potest transire in animam, nisi ratio sese ad hoc intendat hoc modo in sensibus exterioribus anima nec vid erenec audire nec sentire nec pati se quicquam percipit, donec ratio cogitatrix id prius comprehendat. Comprehendit autem quando vacat non quando in aliud inhiat, sicut palam videmus in his, qui obvios sibi non animadvertant, dum aliud quippiam attencius cogitant. Scias igitur nec supernos influxus neque naturales affectiones neque sensationes neque tam corporis quam anime passiones nec quodcumque sensibile in animam posse agere vel penetrare nisi per rationis ipsius iudicium, itaque per suum actum non per ullam forinsecam violentiam potest animus vel affici vel perturbari, quod eciam innumeri martires ipso facto comprobarunt, sic Anaxarcus Abderites philosophus iussu Nicocreontis Cipriorum tiranni in saxum concavum coniectus ferreisque malleis dum cederetur ipse corporis penam negligens aisse fertur, tunde, tunde, Anaxarchi vasculum. Anaxarchum ipsum nihil terres. Iussitque tyrannus illi linguam precidi, at ille propriis dentibus precisam in tiranni faciem spuit.

## CAPITULUM VICESIMUM OCTAVUM

Tres sunt religionis duces, qui nos ad veritatis semitam usque perducunt et qui religionem totam gubernant, in quibus tota consistit, scilicet amor, spes atque fides. Amor enim vehiculum anime omnium prestantissimus superne ab intelligibilibus usque ad inferiora descendens ad divinam pulcritudinem mentem nostram congregat atque convertit nos quoque in omni conservat et effectus ad vota largitur virtutem supplicationibus nostris administrans, ut apud Homerum legitur Crisen Apollo supplicantem exaudivit, quia multum sibi amicus erat. Et de Maria Magdalena legitur in evangelii et dimituntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Spes vero immobiliter ad ea, que appetit suspensa, quando indubia atque inperturbata fuerit nutrit animum et perficit in bono singulatim omnia sistens. Fides vero virtus omnium superior, quantum non humanis commentationibus sed divine revelationi tota innititur per universum omnia lustrat. Nam cum ipsa superne a primo lumine descendat atque sibi vicinior existat longe est nobilior atque excellentior quam sciencie et artes ac credulitates a rebus inferioribus per

## CAPITULUM VICESIMUM SEPTIMUM

Tantum denique est rationis imperium, ut quocienscunque aliquid incurat vel in mentem vel in idolum vel in naturam vel in corpus non potest transire in animam, nisi ratio sese ad hoc intendat hoc modo in sensibus exterioribus anima nec vid erenec audire nec sentire nec pati se quicquam percipit, donec ratio cogitatrix id prius comprehendat. Comprehendit autem quando vacat non quando in || aliud inhiat, sicut palam videmus in his, qui obvios sibi non animadvertant, dum aliud quippiam attencius cogitant. Scias igitur nec supernos influxus neque naturales affectiones neque sensations neque tam corporis quam anime passiones nec quodcumque sensibile in animam posse agere vel penetrare nisi per rationis ipsius iudicium, itaque per suum actum non per ullam forinsecam violentiam potest animus vel affici vel perturbari, quod eciam innumeri martyres ipso facto comprobarunt, sic Anaxarcus Abderites philosophus iussu Nicocreontis Cipiorum tiranni in saxum concavum coniectus ferreisque malleis dum cederetur ipse corporis penam negligens aisse fertur, tunde, tunde, Anaxarchi vasculum. Anaxarchum ipsum nihil terres. Iussitque tyrannus illi linguam precidi, at ille propriis dentibus precisam in tiranni faciem spuit.

## CAPITULUM VICESIMUM OCTAVUM

Tres sunt religionis duces, qui nos ad veritatis semitam usque perducunt et qui religionem totam gubernant, in quibus tota consistit, scilicet amor, spes atque fides. Amor enim vehiculum anime omnium prestantissimus superne ab intelligibilibus usque ad inferiora descendens ad divinam pulcritudinem mentem nostram congregat atque convertit nos quoque in omni || conservat et effectus ad vota largitur virtutem supplicationibus nostris administrans, ut apud Homerum legitur Crisen Apollo supplicantem exaudivit, quia multum sibi amicus erat. Et de Maria Magdalena legitur in evangelii et dimittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Spes vero immobiliter ad ea, que appetit suspensa, quando indubia atque inperturbata fuerit nutrit animum et perficit in bono singulatim omnia sistens. Fides vero virtus omnium superior, quantum non humanis commentationibus sed divine revelationi tota innititur per universum omnia lustrat. Nam cum ipsa superne a primo lumine descendat atque sibi vicinior existat longe est nobilior atque excellentior quam sciencie et artes ac credulitates a rebus inferioribus per

reflexionem a primo lumine receptam ad intellectum nostrum accedentes denique per fidem efficitur homo aliquid idem cum superis eademque potestate fruatur. Est que fides omnium miraculorum radix, qua sola, ut Platonici testantur, ad Deum accedimus divinamque assequimur protectionem virtutemque. Sic legimus Danielem leonum pericula evasisse, quia credidit Deo suo, sic Pallas apud Homerum his verbis consolatur Achillem: »Veni ego pacificatura tuam iracundiam si credideris.« Iccirco Linus credenda precepit esse omnia, quia facilia Deo omnia sunt. || Nihil est ei impossibile, ergo nihil esse incredibile credentes. Igitur que ad religionem pertinent ipsorum nanciscuntur virtutem. Ubi vero fide defecerimus, nihil admiratione, sed pena dignum operabimur, quemadmotum de hoc Luce secundo exemplum legimus sub his verbis »Tenterunt ergo quidam de circumstantibus Iudeis exorcistis invocare super eos, qui habebant spiritus malignos nomen Iesu dicentes. Adiuro vos per Iesum, quem Paulus predicit. Respondens autem spiritus nequam dixit eis Iesum novi et Paulum scio. Vos autem, qui estis et insiliens homo in eos, in quo erat demonium pessimum et dominatus amborum invaluit contra eos, ita ut nudi et vulnerati effugerent de domo illa.

### CAPITULUM VICESIMUM NONUM

Mens itaque nostra pura atque divina religioso amore flagrans, spe decora, fide directa, posita in culmine et fastigio humani animi veritatem attrahit omnesque rerum tam mortalium quam immortalium status, rationes, causas et sciencias in ipsa veritate divina tanquam in quadam eternitatis speculo intuetur subito comprehendens. Hinc pronoscimus ac inferiora queque intelligimus atque non modo ea que sunt futura sunt assidue recipimus. Oracula preterea non solum in scienciis, artibus et oraculis mens eiusmodi virtutem sibi divinam vendicat, verum etiam in rebus quibusque per imperium transmutantis miraculosam suscipit potentiam. Hinc provenit nos in natura constitutos aliquando super naturam dominari operationesque tam mirificas tam subitas tam arduas efficere, quibus obaudiant manes turbentur, sidera cogantur, numina serviant elementa, sic homines Deo devoti imperant elementis, pellunt nebulas, citant ventos, cogunt nubes in pluvias, curant morbos, que omnia apud varias gentes facta fuisse canunt poete. Recitant historici tum ea ipsa fieri posse splendidissimi quique philosophi ac theologi confirmant sic prophete, sic apostoli, sic ceteri viri Dei maximis clauerunt potentias,

## CAPITULUM TRICESIMUM

Vaticinium est, quo perciti sacerdotes vel alii et rerum causas cernunt et futura eciam prevident quando scilicet a diis vel a demonibus descendunt in nos oracula spiritusque traduntur ab eis quos quidem descensus || Platonici vocant superiorum animorum in nostros animos illapsiones et Mercurius vocat eos sensus ac demonum animos, illapsiones vero eiusmodi sive sensus non trans eunt in animam nostram, quando illa in aliud quiddam attentius inhians est occupata, sed transeunt quando vacat. Vacationis autem eiusmodi tria sunt genera, scilicet furor, raptus et somnium, de quibus singulis nunc per ordinem dicemus.

## CAPITULUM TRICESIMUM PRIMUM

Furor est illustratio anime a diis vel a demonibus proveniens. Unde *Aeneas*  
Nasonis hoc carmen:

»Est deus in nobis sunt et commercia celi  
Sedibus ethereis spiritus ille venit.«

Huius itaque furoris causam, que intra humanum corpus est, dicunt philosophi esse humorem melancolicum, non quidem illum, qui atra bilis vocatur, qui adeo prava horribilisque res est, ut impetus eius a phisicis ac medicis ultra maniam, quam inducit, eciam malorum demonum obsessions afferre confirmatur. Humorem igitur dico melancolicum, qui candida bilis vocatur et naturalis. Hic enim quando accenditur atque ardet<sup>a)</sup> furem concitat ad sapientiam nobis vaticinumque conducedentem maxime, quatenus consentit cum influxu aliquo celesti precipue Saturni hic || enim cum ipse sit frigidus atque siccus, qualis est humor melancolicus ipsum quotidie influit, auget et conservat, preterea cum sit arcane contemplationis auctor ab omni publico negocio alienus ac planarum altissimus, animam ipsam tum ab externis officiis ad intima semper revocat tum ab inferioribus ascendere facit trahendo ad altissima scientiasque ac futurorum presagia largitur. Unde inquit Aristoteles in libro problematum ex melancolia quidam facti sunt sicut divini predicentes futura ut Sibille et Bachides, quidam facti sunt poete ut Malanchius Siracusanus ait preterea omnes viros in quavis sciencia prestantes ut plurimum extitisse melancolicos, quod etiam Democritus et Plato cum Aristotele testantur confirmantes nonnullos melancolicos in tantum prestatre ingenio, ut divini potius quam humani videantur plerumque etiam videmus homines melancolicos rudes, ineptos, insanos, quales legimus extitisse Hesiodum Iovem<sup>b)</sup>, Tymnicum Calcidensem, Homerum et Lu-

<sup>a)</sup> post ardet del. fut. c.

<sup>b)</sup> Iouem c.

cretium sepe furore subito corripi ac in poetas bonos evadere et miranda quedam divinaque canere; etiam que ipsimet vix intelligent. Unde divus Plato in Ione, ubi de furore poeticō tractat: »Plerique,« inquit, »vates, postquam furoris remissus est impetus, que scripserunt non satis intelligunt || cum tamen recte de singulis artibus in furore tractauerunt, quod singuli harum artifices legendo diiudicant.«

### CAPITULUM TRICESIMUM SECUNDUM

Tantum preterea est huius humoris imperium ut ferant suo impetu eciam demones quosdam in nostra corpora rapi quorum presentia et instinctu homines debachari et mirabilia multa effari. Omnis testatur antiquitas et hoc fieri<sup>a)</sup> sub triplici differentia iuxta triplicem anime apprehensionem, scilicet imaginativam, rationalem et mentalem, quando enim anima melancolico humore vacans tota in imaginationem transfertur subito efficitur inferiorum demonum habitaculum, a quibus manualium artium sepe miras accipit rationes, sic videmus rudissimum aliquem hominem sepe in pictorem vel architectorem vel alterius cuiusque artificii subtilissimum subito evadere magistrum, quando vero eiusmodi demones futura nobis portendunt, ostendunt, que ad elementorum turbationes temporumque vicissitudines attinent, ut videlicet futuram tempestatem, terremotum vel pluviam, item futuram mortalitatem, famem vel stragem et eiusmodi. Sic legimus apud Aulum Gellium Cornelium sacerdotem castissimum eo tempore, quo Cesar et || Pompeius in Thessalia conflagabant, Patavi furore correptum fuisse, ita quod et tempus et ordinem et exitum pugne viderat. Quando vero anima tota in rationem convertitur medium demonum efficitur domicilium. Hinc naturalium rerum humanarumque nanciscitur scientiam atque prudentiam. Sic videmus aliquando hominem aliquem subito in philosophum vel medicum vel oratorem egregium evadere ex futuris autem ostendunt nobis que ad regnorum mutationes et seculorum restitutions pertinent, quemadmodum Sibilla Romanis vaticinata fuit. Cum vero anima tota assurgit in mentem sublimum demonum efficitur domicilium, a quibus arcana ediscit divinorum, ut videlicet Dei legem, ordines angelorum et ea que ad eternarum rerum cognitionem animarumque salutem pertinent ex futuris vero ostendunt nobis, ut futura prodigia miracula futurum prophetam vel legis mutationem, quemadmodum Sibille de Iesu Christo longo tempore ante adventum eius vaticinate sunt, quem quidem Vergilius spiritu consimili iam propinquum intelligendo Sibille Cumane reminiscens cecinit<sup>1)</sup>:

»Ultima Cumaei venit iam carminis etas;  
Magnus ab integro seculorum nascitur ordo. ||  
Iam reddit et virgo, redeunt Saturnia<sup>b)</sup> regna;  
Iam nova progenies celo dimittitur alto.«

<sup>a)</sup> fieri om. c.

<sup>b)</sup> post Saturnia del. 1 c.

## CAPITULUM TRICESIMUM TERCIUM

Sunt preterea quatuor divini furoris species a singulis numinibus procedentes, scilicet a Musis, a Dionisio, ab Apolline, a Venere. Primus itaque furor a Musis procedens hic aiunt suscitat atque temperat redditum que divinum per res naturales superiora trahendo ad infera. Sunt autem Muse sperarum celestium anime secundum quas singuli reperiuntur gradus, quibus superiorum ad infera fit attractus horum inferior speram lune referens tenet que ex vegetalibus sunt, ut plantas, functus arborum radices et que ex materiis durioribus sunt ut lapides et metalla, earum alligationes et suspensiones. Sic fertur quod lapis Selenites et lapis Hiene prestant divinationem, similiter verbena et herba thrangelida, prestant vaticinium, quemadmodum de his superius dictum est. Secundus gradus referens Mercurium tenet, que ex animalibus sunt et que ex diversarum rerum naturalium adinoicem commixtione componuntur hoc modo cor talpe si quis ipsum recens palpitansque voraverit || divinationi et ad rerum efficiendarum eventum conferre dicitur, sic etiam ex quibusdam commixtionibus pocula quedam fiunt et consimilia ad vaticinium conferentia. Tertius gradus correspondet spere Veneris, hic tenet pulveres subtilissimos, vapores et odores et que ex his conficiuntur unguenta et suffumigationes, de quibus superius habitum est. Quartus gradus pertinet ad speram solis. Hic tenet voces, verba, cantus et sonos armonicos, per quorum suavem consonanciam turbidam ex anima pellit discordiam erigitque animum. Unde Hermes, Pitagoras, Plato dissonantem animum iubent cantu et armonia componere et erigere, sic Timotheus Alexandrum regem sonis fertur excitasse in furem, sic sacerdos Calamensis teste Aurelio Augustino solebat sese suo arbitratu querula quadem armonia avocare a corpore in raptum et extasim, de his etiam superius habitum est. Quintus gradus convenit morti. Hic tenet vehementes imaginationes et animi affectiones, conceptus et motus, de quibus omnibus supra patet. Sextus gradus correspondet Iovi. Hic tenet rationis discursus, deliberationes, consultationes, philosophicasque purgationes. De his partini superius<sup>a)</sup> merciona || tum est, partim dicetur inferius. Habet preterea sub se admirationes et venerationes, quorum stupore aliquando phantasia atque ratio sic in frenantur, ut subito omnes suos actus pretermittant. Unde tunc mens ipsa libera soli numini sive deo alicui sive de moni exposita supernos divinosque concipit influxus eos, scilicet de quibus antea deliberaverat. Sic legimus Sibillas ac Pithie sacerdotes in Iosis et Apollinis autris oracula suscipere solitos. Septimus gradus refert Saturnum Hic tenet secretiores intelligencias ac tranquillas mentis contemplationes.

a) supercius corr. superius

in aditu secesserat super eneam sellam tripodem numini dicat.  
que hoc divino spiritu acta vaticinia fundebat tum plurimus ignis ex

54

Octavus gradus referens celum stellatum. Hic celestium corporum observat situm, motum, radios et lumen. Tenet quoque imagines, annulos et similia, que ad celestium normam fabricantur. De quibus supra dictum est. Nonus gradus correspondet primo mobili, sci licet none spere. Hic tenet res magis formales, ut numeros, figuras et caracteres et occultas celi observat influentias. De his omnibus superius ad longum satis tractatum est.

#### CAPITULUM TRICESIMUM QUARTUM

Secundus autem furor procedit a Dio nisio. Hic per expiations exterieores et interiores ac per exorcismata, per sacramenta, per solemnia, ritus phana, observations animi in mentem, scilicet supremam anime partem dirigit ac tanquam dignum et incontaminatum deorum templum efficit, in quo divini spiritus inhabitent, quos anima tunc vite socios possidens ab illis felicitate, sapientia oraculisque repletur. Sic Socrates a suo demone regebatur, cuius monitis sedulo obtemperabat, cuius vocem auribus sepe numero audiebat, cui etiam forma demonis sepe visa est. De his latius patebit inferius.

#### CAPITULUM TRICESIMUM QUINTUM

Tercius vero furor ab Apolline procedit, scilicet mundi mente. Hic secus quibusque misteriis, votis, sacrificiis, adorationibus, invocationibus et sacris quibusdam artificiis vel arcanis quibusdam confectionibus, quibus dii sui spiritus virtutem infuderunt, quemadmodum in sacris biblie eloquiis, de serpente, eneo, de thimiamate, de oleo unctionis compertum habemus animum supra mentem assurgere. Facit ipsum cum numinibus demonibusque coniungendo. Post enim animus humanus teste Apuleio presertim simplex et purus sacrorum quorundam avocamento ac delinimento soporari et externari ad presentium oblivionem ita ut remota corporis memoria redigatur in naturam suam divinam atque sic divina lumine lustratus ac furore divino afflatus futura rerum presagire tum eciam mirabilium quorundam effectuum cum hoc suscipere virtutem. Unde inquit Iamblicus: Cum vates Dei numine afflantur, nihil timent, nihil verentur, nam et per invia vadunt atque in ignem illesi feruntur et flumina transeunt. Sic legimus autra quedam ut Apollinis et<sup>a)</sup> Tropionii et tripodas et aquas et eiusmodi hoc modo diis sacrata vel eo misterio confecta fuisse, ut exinde sacerdotes vaticinandi spiritum hauserint, quem admodum Iamblicus ad Porfirium: Sibilla, inquit, in Delphis duplice ratione deum suscipere solita est aut enim per tenuem spiritum et ignem qui alicubi ex ore autri prorumpebat aut ipsa etiam

<sup>a)</sup> et supra lineam add. c.

in aditu se super eneam sellam tripodem numini dicat.  
que hoc divino spiritu acta vaticinia fundebat tum plurimus ignis ex  
autro volans vati undique circumfunditur eamque suo numine repletam  
agitat aut sacre sedi adherens per quam Deo afflata protinus ad vaticinia  
erumpit, sed et vates fatidica in branchis que in ape consedit aut virgam ||  
manu gestat a numine aliquo sibi concessam vel pedes interdum limbum-  
que undis proliuit vel ignis vaporem ex undis haurit his omnibus divino  
splendore repletur adeoque plenarerum pandit oracula. Legimus etiam  
in Thracie regione aditum fuisse libero sacrum, ex quo vaticinia et ora-  
cula reddi solebant, cuius templi antistites vino affatim epoto res peragebant.  
Apud Clarios etiam, ubi Clarii Apollinis templum erat, quibus  
divina effari permissum fuerat aqua prius assumpta res peragebant.  
Erat quoque in urbe. Dodona quercus, que ubi quis ad capiendum  
responsum ingrediebatur protinus movebatur et sonitum edidit. Erat  
et ibidem statua virgam ferens, que lebetem, scilicet peluim, que prope  
aderat, percuciebat, ex quo responsum moderatis ictibus pelius referebat.  
Unde legitur in epistola Ausonii ad Paulinum:

»Nec Dodonei cessat tinnitus aheni  
Ad numerum quociens radiis ferentibus ictus  
Respondet dociles moderato verbere pernes.«

#### CAPITULUM TRICESIMUM SEXTUM ||

Quartus autem furor a Venere proveniens hic ferventi amore  
animum in Deum convertit et transmutat efficitque Deo penitus similem  
tanquam propriam Dei imaginem. Unde inquit Hermes: »O Asclepi,  
magnum miraculum est homo, animal honorandum et adorandum. Hic  
enim in naturam Dei transit, qua ipse fit Deus.« Hic demonum genus  
novit utpote qui cum iisdem ortum se esse eos noscat. Hic humane nature  
partem in se ipso despiciens alterius partis divinitate confisus. Anima  
itaque iam conversa Deoque similes effecta, sic a Deo formatur, ut pateret  
hoc quod iam integra sua virtute vaticinii ac prophecie spiritum assequuta,  
eciam ad mirabilia aliquando et maiora quam ipsa mundi natura  
operatur, quod quidem opus miraculum appellatur. Nam quemadmodum  
celum imagine sui et suo lumine et calore ea agit, que vis ignis naturali  
non efficit qualitate quod in alchimicis satis approbatum patet, sic etiam  
Deus per sui imaginem ac lucem ea perficit, que mundus innata sibi  
virtute agere non potest. Imago autem Dei homo est saltem qui iam  
venereo furore Deo similis effectus sola vivit mente, capit toto pectore  
Iovem, tum anima hominis secundum Hebreorum doctores ac cabalisticas  
diffinitur esse lumen Dei || et ad imaginem verbi cause causarum primi

344

exemplaris creata substantia Dei sigilloque figurata, cuius caracter est verbum eternum. Hoc intuens Hermes Trismegistus talem hominem ait esse vel celicolis prestanciorem vel saltem equali sorte potiri.

### CAPITULUM TRICESIMUM SEPTIMUM

Raptus est abstractio et alienatio et illustratio anime a Deo proveniens, per quem Deus animam a superis delapsam ad infera rursus ab inferis retrahit ad supera. Huius causa est in nobis continua contemplatio sublimiorum que quatenus profundissima mentis intentione animum incorporee sapientie coniungit, eatenus vehementioribus suis agitationibus ipsum a sensibilibus affectibus corpus ipsum vel effugiat ut quasi dissolvere videntur, quemadmodum Aurelius Augustinus narrat de sacerdote Calamensi, cuius supra meminimus. Iacebat, inquit, simillimus mortuo<sup>a)</sup> sine anhelitu et cum ureretur et secaretur, non senciebat. Tantum igitur est anime imperium, quando scilicet suam naturam fuerit assequuta nec sensuum illecebris gravata ut virtute sua subito ascendat (non modo in corpore manens, sed etiam aliquando compedibus || soluta extra corpus volitans) ad supercelestem cohabitationem, ubi iam Deo quam proxima et quam simillima divinorum effecta receptaculum divino lumine oraculisque completur. Unde, inquit Zoroaster, ascendendum tibi est ad lumen ipsum et ad patris radios. Unde tibi missa est anima plurimam induita mentem. Et Trismegistus ait. Ascendere te oportebit supra celos chorisque demonum longe abesse. Et Pitagoras ait: »Si tu relinquendo corpus in etherum liberam transieris, eris immortalis Deus.« Si legimus Hermetem, Socratem, Xenocratem, Platonem, Plotinum raptu solitos sevocabi atque sic multarum rerum ediscere sapienciam. Legimus etiam apud Herodotum fuisse in Proconneso philosophum mirifice sciencie Atheum nomine eiusque animam quandoque corpus exire ac post visa longinqua spacia rursus in corpus redire doctiorem. Idem tradit Plinius consueuisse animam Harmonis Clazomenii eamque relicto corpore vagari selitam multa quoque ac vera elonginquo nunciare. Nam iuxta Egiptiorum doctrinam cum anima lumen sit quoddam spirituale quando a corpore est soluta omnem locum et omne tempus comprehendit non secus atque lumen in laterna inclusum qua aperta usquequaque diffunditur neque deficit. Nam ubique est et semper || Sincopis etiam morbiue comitiales raptum quodam modo imitantur atque in ipsis sepissime ut in raptuvaticinia proveniunt, quo quidem vaticinandi genere legimus Herculem Arabesque quam plures excelluisse.

<sup>a)</sup> ante mortus del. co c.

Verg., Metr. 7, 85 - 88.

## CAPITULUM TRICESIMUM OCTAVUM

Somnium dico nunc quod ex spiritu phantastico et intellectu invicem unitis purgata atque tranquilla mente procedit. Ab hoc enim anima nostra vera incipit oracula affatimque nobis vaticinia prestat. Nam et in somniis interrogare videmur et discere et legere et invenire multa quoque nobis dubia, multa consilia, multa dogmata, multa segreta nobis in somniis patefiunt. Oportet autem volentem vera recipere somnia spiritum phantasticum, purum, inconcussum imperturba tumque servare atque ita componere ut dignus efficiatur, cui mens atque intellectus presideat atque innotescat. Talis namque spiritus vaticiniis aptissimus omnium idolorum a rebus undique manantium, ut inquit Sinesius, speculum est clarissimum. Quando igitur iam corpore sani sumus non perturbati animo, non cibo, potuve granati, tunc anima nostra pura atque divina ab omni noxia contagione soluta per somnium || iam libera hoc divino spiritu instrumento freta radiantes ac refulgentes a mentibus divinis in se suscepit radios et effigies atque tanquam in quodam deifico speculo omni intellectus vulgari indagatione rationisque discursu longe quidem certius, clarius efficaciusque continetur. Quicumque igitur spiritum suum meditatione tranquilla ac religiosa tum per victimum temperatum ac moderatum secundum naturam conseruat purum hoc utitur ad modum preparato ut eius modi ratione divinus evadat atque sciens. Quicumque vero econtra phantastico spiritu languet non recipit perspicua discreat que visa, sed quem admodum lustus<sup>a)</sup> oculus propter debilitatem confuse indiscreteque. Iudicat sic eciam quando crapula vinoque repleti tunc spiritus noster noxiis vaporibus oppressus (sicut aqua turbida sub eadem forma solet dissimiliter affici) decipitur atque hebescit. Quam ob causam Amphiarus vates, ut legimus apud Philostratum, volentem recipere oracula iussit integrum diem a cibo, a vino autem triduo abstinere, quia non possit recte vaticinari, anima nisi esset vino ciboque liberata. Sobriis enim animis ac religiosis divinoque cultui vacantibus solent dii tribuere oracula. Unde Orpheus exclamat: »Nuncie || futurorum vaticinator maxime, accedis ad animas somni quiete demulctas easque compellans suscitas mentem. Sentencias numinum beatorum eis per somnum subinstris. Silens silentibus animis ventura pronuncians his inquam animis, quorum mens divino cultu rectissime utitur.« Hinc apud veteres moris erat ut qui responsa accepturi essent prius celebratis sacris quibusdam expiationibus et sacrificiis tum peracto divino cultu etiam sacrato cubiculo vel saltem suarum immolationum velleribus religiosius incubarent, cuius quidem ritus meminit Virgiliius in his versibus:

a) post lustus del. spiritus c.

LX

<sup>x)</sup> Verg., Aen. 7, 85 - 88.

»Hinc Itale gentes omnisque Oenostria tellus  
 In dubiis responsa petunt huc dona sacerdos  
 Contulit et Cesarum omnium sub nocte silenti  
 Pellibus incubuit stratis somnosque petiuit  
 et paulo post canit:  
 Hic et tum pater ipse petens responsa Latinus  
 Centum lanigeras mactabat rite bidentes  
 Atque horum effultis tergo stratis que iacebat velleribus.«

## CAPITULUM TRICESIMUM NOMUM ||

Quicumque ad supremum anime statum accedere cupiens ad oracula petenda proficiscitur, oportet eum caste sancteque dispositum purum mundumque accedere, ita ut nullius sordis impetigine anima eius inquinet nullasque peccatorum cicatrices pectori gerat impressas oportebitque animum penitus segregare et purgare, quatemus nature permittit, necessitas ab omni morbo, hebetudine, malicia et eius modi passionibus omnique irrationali conditione, que sequitur eam tanquam ferrum rubigo rite componendo et disponendo, que ad mentis pertinent tranquillitatem. Sic enim veriora efficacioraque accipiet responsa. Quibus vero purgetur animus et in divinam suam restituitur puritatem a religione nobis sapientiaque est perdiscendus neque enim sine religione, sapientia nec sine sapientia probanda est religio. Sapientia enim, ut inquit Salomon, lignum vite est his qui apprehenderint eam. Et Lucretius ait eam esse inventionem Dei seu spiraculum Dei, ubi canit:

»Hic deus ille fuit, de us inclite memini  
 Qui princeps vite rationem invenit eamque  
 nunc appellatur sapientia quique per artem  
 fluctibus e tantis vitam tantisque tenebris  
 in tam tranquilla et tam clara luce locavit ||  
 Intelligit quoque eam esse illustrationem divinam.«

Unde Democritus nullos viros sapientes arbitratur preter illos, qui furore quodam divino perciti sunt, quemadmodum Minos ille Cretensis, quem ferunt a Iove cuncta didicisse, cum esset ei in Ida monte frequens cum Deo conversatio, sic etiam Melesagaram Eleusinum Athenienses ferunt a nymphis edoctum, sic et Hesiodum cum esset pecudum pastor in Boetia et gregem iuxta quendam Helicona montem egisset. Legimus a Musis condonatum fuisse aliquot calamis quibus acceptis poesim repente adeptum esse. Que quidem et eiusmodi in monumento assequi pro certo. non est humani animi, sed divinitus inspirati.

## CAPITULUM QUADRAGESIMUM

Anima humana quando rite fuerit purgata et expiata tum ab omni varietate soluta libero matu foras emicat, cursum ascendit, divina capit, etiam se ipsam erudit quando forte aliunde erudiri videtur neque enim commemoratione neque demonstratione iam indiget ob naturalem sui solertia tum per mentem suam (que anime caput est et auriga suapte natura angelos || imitata non successione non tempore, sed subitaneo momento quod cupid assequitur. Purgatur autem animus et expiatur per mundiciam, per abstinenciam, per penitenciam, tum eciam conferunt ad idem sacra quedam instituta ut hic inferius patebit.

## CAPITULUM QUADRAGESIMUM PRIMUM

Mundiciam igitur imprimis oportebit servare in victu, in operibus, in affectibus sordesque omnes et animi perturbationes et quecumque sensum ac spiritum<sup>a)</sup> offendunt expellere et que insunt homini dissimilia celo non solum si in anima et spiritu, verum etiam si in corpore, si circa corpus fuerint. Talis namque mundicia exterior animi puritatem haud parum creditur adiuvare. Hanc ob causam philosophi Pitagorici aviditate oraculorum capti divinis laudibus celebratis lavabantur in flumine<sup>b)</sup> vel balneo vestibus induebantur albis atque lineis (nam lanam prophenum vestitum arbitrabantur tanquam beluine sordis excrementum pecori detractum) cubile purum ac prorsus immaculatum habitabant, simili modo solebant brachmanni Indorum sapientes in fonte, qui Dirce appellatur, in Boetia exutis vestibus lavari oblio prius capite guttis electreis et odoribus ei rei aptis, deinde postquam pro ritu satis mundi erant exeendum fuit circiter meridiem vestiti lino candido et mitra alba in digitis ferentes annulos et baculos gestantes mantibus. Simili modo apud gymnosophistas in die ter in nocte bis lavari aqua frigida sanctum fuit, postquam sacrorum penetralia ingredi. Utebantur eciam lineis vestibus quotidie recenter ablutis. Legimus quoque eundem ablutionis ritum apud Hesiodum in operum atque dierum libro, ubi canit:

»Nemo sub aurora Iovi audet fundere vina  
Illotis manibus sed et immortalibus ullis  
Non sic exaudire volunt spernuntque precati.«

Et alibi:

»Pravus ubi fluvium manibus non lotis obivit  
Huic dii succensent tribuentes inde dolores.«

<sup>a)</sup> post spiritum *del.* infundunt *c.*

<sup>b)</sup> post flumine *del.* v *c.*

56 C  
»Hinc Itale gentes omnisque Oenōtria tellus  
In dubiis respona petunt huc dona sacerdos  
Contulit et cesarum op̄ium sub nocte silenti  
Pellibus incubuit stratis somnosque petinuit  
Et paulo post canit.

»Hic et tum pater ipse petens respona Latinus  
Centum lanigeras mactabat rite bidentes  
Atque horum effultis tergo stratis que iacebat velleribus.«

### CAPITULUM TRICESIMUM NOMUM ||

Quicumque ad supremum anime statum accedere cupiens ad oracula petenda proficiscitur, oportet eum caste sancteque dispositum purum mundumque accedere, ita ut nullius sordis impetigine anima eius inquiet nullasque peccatorum cicatrices pectori gerat impressas oportebitque animum penitus segregare et purgare, quatenus nature permittit, necessitas ab omni morbo, hebetudine, malicia et eius modi passionibus omnique irrationali conditione, que sequitur eam tanquam ferrum rubigo rite componendo et disponendo, que ad mentis pertinent tranquillitatem. Sic enim veriora efficacioraque accipiet respona. Quibus vero purgetur animus et in divinam suam restituitur puritatem a religione nobis sapientiaque est perdiscendus neque enim sine religione sapientia nec sine sapientia probanda est religio. Sapientia enim, ut inquit Salomon, lignum vite est his qui apprehenderint eam. Et Lucretius ait eam esse inventionem Dei seu spiraculum Dei, ubi canit:

»Hic deus ille fuit, deus inclite mein[us]  
Qui princ̄ps vite rationē invenit eamque  
nunc appellatur sapientia, quicque per artēm  
fluctibus e tantis vitam tantisque tenebris  
in tam tranquilla et tam clara luce locavit.  
Intelligit quoque eam esse illustrationem divinam.«

Unde Democritus nullos viros sapientes arbitratur preter illos, qui furore quadam divino perciti sunt, quemadmodum Minos ille Cretensis, quem ferunt a Iove cuncta didicisse, cum esset ei in Ida monte frequens cum Deo conversatio, sic etiam Meles agram Eleusinum Athenienses ferunt a nymphis edoctum, sic et Hesiodum cum esset pecudum pastor in Boetia et gregem iuxta quendam Helicona montem egisset, legimus a Musis condonatum fuisse aliquot calamis quibus acceptis poesim repente adeptum esse. Que quidem et eiusmodi in momento assequi pro certo non est humani animi, sed divinitus inspirati.

1) Verg. Aen. 7, 92-95 2) Propr. 3, 18  
CAPITULUM QUADRAGESIMUM

Anima pressa quando rite fuerit purgata et expiata tum ab omni  
tu foras emicat, sursum ascendit, divina capit,  
ndo forte alia erudit, idetur neque enim

tiam se ipsa erudit qua  
commemoratione neque demo  
solertia tum per nichem suam que a  
natura angelos imitata non successioni non tempore sed subita  
momento quod cupit assequitur. Purgatur autem animus et expiatur  
per mundiciam, per abstinentiam, per penitentiam, tum eciam con-  
ferunt ad ideam sacra quedam instituta ut hic inferius patet.

### CAPITULUM QUADRAGESIMUM PRIMUM

Mundiciam igitur imprimis oportebit servare in victu, in operibus,  
in affectibus sordesque omnes et animi perturbationes et quecumque  
sensem ac spiritum<sup>a)</sup> offendunt expellere etique insultum homini dissimilium  
celo non solum si in animo et spiritu, verum etiam si in corpore, si circa  
corpus fuerint. Talis namque mundicia exterior animi puritatem haud  
parum creditur adiuvare. Hanc ob causam philosophi Pitagorici aviditate  
oraculorum capti divinis laudibus celebratis lavabantur in flumine<sup>b)</sup>  
vel balneo vestibus induebantur albis atque lineis (nam lanam prophane-  
num vestitum arbitrabantur tanquam bdnne sordis excrementum  
pecori detractum) scibile puram ac prorsus immaculatum habitabant,  
simili modo solebant Prachmanni Iudeorum sapientes in fonte, qui Dirce  
appellatur, in Boetia exatis vestibus lavari oblitio prius capite guttis  
electreis et odribus ei rei aptis, deinde postquam pro ritu satis mundi  
erant exeendum fuit circiter meridiem vestiti lino candido et mitra alba  
in digitis ferentes annulos et baculos gestantes mantibus. Simili modo  
apud gyranosopistas in die ter in nocte bis lavari aqua frigida sanctum  
fuit, postquam sacrorum penetralia ingredi. Rebantur eciam lineis  
vestibus quotidie recenter ablutis. Legimus quoque eundem ablutionis  
ritum apud Hesiódum in operum auctore d'rum libro, ubi canit:

»Nemo sub aurora Iovi audet fundere vina  
Illiis manibus sed et immortalibus ullis  
Non sic exaudire volunt spernitque precati.«

Et alibi:

»P' avus ubi fluvium inacibus non lotis obivit  
Huic dii succensent tribuentes inde dolores.«

<sup>a)</sup> post spiritum del infundunt r.  
<sup>b)</sup> post flumine d.l. c.

56 d

ac manum impellunt. Ita a<sup>o</sup> ocio et luxuria anima enim torpore ac

Hinc apud Vergilium sic patrem Eneas alloquitur:

»Tu genitor cape sacra manu patriosque penates  
Me bello ex tanto digressum et cede recenti  
atrectare nefas donec me flumine vivo abluero.«

Mos enim erat gentibus, quando diis superis sacra facturi essent,  
corpus ablutione purgari, quando || vero diis inferis litandum erat sola  
sufficiebat aspersio. Hinc apud Vergilium Dido cum sacra diis inferis  
institueret ait:

»Annam chara mihi nutrix huc siste sororem  
Die corpus properet fluviali spargere limpha.«

Et alibi, ubi infert Eneam apud inferos Ramum Proserpine conse-  
craturum, ita canit:

»Occupat Eneas aditum corpusque recenti  
Sparsit aqua.«

Nec non ubi Misenum sepeliendum narrat canit:

»Idem ter socios pura circumtulit unda  
Spargens rore levi et ramo felicis olive.«

#### CAPITULUM QUADRAGESIMUM SECUNDUM

Abstinencia quoque suos passim observato res contra vicia et  
malos demones familiariter numit atque tuetur et quasi templum Dei  
inconta minatum reddit animum mentemque Deo coniungit, nihil etiam  
ad sanitatem complexionisque temperanciam melius quam superflua  
minime congregare modumque necessarii virtus non excedere neque  
enim nutrimentum natura valentius assumendum est, sed quo potius  
natura sit valentior. Debemus igitur in vescendis cibis esse || puri atque  
abstinentes, quemadmodum philosophi Pithagorici mensam sacram  
atque sobriam servantes vitam in omni temperancia protrahebant. Tem-  
perancia enim vite complexionisque, quia talis nullum infert nobis ali-  
cuius superantis humoris tumultum qui ad ullam imaginem commoveat  
fantasiam. Efficit ut anima nostra sepissime somnians nonnunquam etiam  
vigilans semper supernis influxibus subiciatur. Insuper Pitagorici si  
quis per abstineniam prudenter moderetur singulas tum animi tum cor-  
poris sui motiones perpetuam utriusque sanitatem ac eciam diuturnam  
vitam pollicentur. Preterea vero abstinere nos oportet ab omnibus  
quecumque animum spiritumque<sup>a)</sup> inficiunt a cupiditatibus et invidentia  
que iniusticie famule sunt, ut inquit Hermes, ad mala facinora mentem

<sup>a)</sup> post spiritumque del. infi c.

ac manum impellunt. Item aō ocio et luxuria anima enim torpore ac libidine suffocata celeste aliquid providere non potest. Quapropter sacerdotes Atheniensinum, qui Grece hierophante appellantur, ut refert Hieronimus, quo castius in sacris agerent divinisque rebus incumberent, consueverunt sorbitione cicute se ipsos castrare. Castitas preterea mentis Deo devote ipsa quidem animam nostram, ut docet Orpheus, museum || in omnium deorum hymno sempiternum ac semper pacatum efficit Dei templumin super abstinere debemus ab omni multitudine et varietate sensuum, affectuum, imaginationum, opinionum et eiusmodi passionibus, que ledunt animum ac iudicium rationis pervertunt, sicut palam videmus in philocaptis, invidis et ambitiosis. Quapropter has passiones Cicero in de Tusculanis questionibus tanquam animi egritudines et pestiferos nominat morbos, Oratius vero furores appellat vel insanias, ubi canit:

»Mille puellarum puerorum mille furores.«

Sentire quoque videtur ibidem in hoc omnes homines in aliquo stultos esse. Unde legitur in ecclesiastico: »Stultorum infinitus est numerus.« Iccirco Stoici negant passiones cadere in sapientem, passiones, inquam, que sequuntur apprehensionem sensitivam. Nam passiones rationales et mentales sapienti concedunt. Sic sentire videtur etiam Boetius, ubi canit passiones alias abiciendas in inquisitione veritatis his versiculis:

»Tu quoque si vis pelle timorem  
Lumine claro nec dolor assit  
Cernere verum spemque fugato  
Tramite recto nubila mens est  
Carpere callem vinctaque frenis  
Gaudia pelle Hec ubi regnant.« ||

Oportet nos igitur animum ab omni multitudine et eiusmodi passionibus pentius denudare et avertere ut veritatem simplicissimam assequamur, quod quidem permulti philosophorum longi temporis solitudine leguntur assequuti. Animus enim per solitudinem ab omni humanorum negotiorum circa distractus sa cris numinibus ac celestibus vacans eadem quotidie sentit que celestia numina cogitant efficere, sic Zoroaster, magorum pater ac princeps, omnem rerum naturalium divinarumque scienciam viginti annorum solitudine dicitur assequutus, ubi de omni divinandi ac vaticinandi arte plura conscripsit ac fecit similia operatum esse Orpheum in Thracie desertis scripta eius ad Museum declarant. Sic legimus<sup>a)</sup> Epimenidem Cretensem longissimo quodam somno fuisse.

a) post legimus del. epid c.

eruditum. Namannis quinquaginta dormivisse aiunt hoc intelligunt latuisse Pitagoras quoque similiter decem annis latuisse fertur.

### CAPITULUM QUADRAGESIMUM TERCIUM

Maxima autem purgationis pars est voluntaria penitentia delictorum. Hec enim maximam nobis || affert expiationem, dum molestiam oblectamentis opponit stupidamque expurgat ex anima leticiam tribuitque vim quandam peculiarem ad supera reducentem. Est itaque penitencia non modo mortificatio viciorum, sed etiam anime spirituale martirium, que gladio spiritus ex omni parte confoditur. Gladius autem spiritus est verbum Dei. Unde inquit Hieremias propheta et etiam Paulus ad Ephesios scribens: »Maledictus qui prohibet gladium snum a sanguine.« Et psalmista canit: »Gladius in labiis ipsorum.«

### CAPITULORUM QUADRAGESIMUM QUARTUM

Expiatur etiam animus sacris quibusdam institutis ac sacramentis ab extra ministratis, ut per baptis mata, per exorcismata, per benedictiones et consecrationes, per aque purificate vel benedicte aspersiones. Item purgatur animus etiam per quasdam inunctiones et suffumigationes non tam ad hoc sacratas quam etiam naturaliter hanc vim possidentes. Hoc suo do habet in religionibus locum sulphur ad expiandum suffitu malos demones omnium quoque similiter in purgationibus usurpari solebat. Hinc ova lustralia dicta sunt. Unde Ovidius: ||

»Veniat que lustret anus lectumque locumque  
referat et tremulo sulphur et oua manu.«

Scribit etiam Proculus sacerdotes in purificationibus ubi solitos sulphure atque asphalto aut ablutio ne aque marine, quoniam purificat sulphur propter odoris acumen aqua vero marino propter igneam portionem simili modo purificat herba pentafile. Quapropter puritatem suam sacerdotes antiqui utebantur in purificationibus, similiter ramis olivarum. Hex enim tante puritatis esse dicuntur, ut ferant olivam a meretrice plantatam vel infructuosam perpetuo manere vel omnino arescere simili modo conferunt expiationi thus, mirra, verbena, valeriana, que et herba lucia dicitur, arabice fu appellatur, item benedicta et gariofilata, similiter fel canis nigri suffitum. In his maxime prestare dicitur tam ad expiandum demones malos quam maleficia ubicunque fuerint, similiter penne upupe suffite materias autem eiusmodi in spirituales substancias agere fugando vel alliciendo vel mitigando vel incitando non secus arbitrantur atque ignis in Sicilia agit in animas qui teste Guillermo Parisiensi corpora non ledens animas || intolerabiliter cruciat propinquantium. Ceterum de his partim superius tractatum est.

## CAPITULUM QUADRAGESIMUM QUINTUM

Adorationes quidem et vota sacrificia atque oblationes gradus quidem sunt in sacris ad Deum investigandum et qui principaliter divinam provocant voluntatem atque sacram indissolubilemque ad deos conflant animabus coniunctionem. Adoratio enim diutissime continuata et frequentata sepissime perficit intellectum et animam ad suscipienda divina lumina efficit ampliorem amorem divinum accendens spem fidemque et mores sacros inferens animani ab omni contrario et adverso expurgat mala multa repellit, que alio quin naturaliter evenirent. Hinc canit Ovidius:

»Sepe Iovem vidi cum seva mittere vellet  
Fulmina thure dato sustinuisse manum.«

Votum autem est ardens affectus casti animi Deo deditus, qui vouendo quod bonum videtur exoptat. Hic affectus, ut testatur Iamblichus et Proculus, ita animas Deo coniungit, ut una aliquando Dei atque animi operatio fiat Dei, videlicet tanquam artificis animi vero tanquam instrumenti || divini. Hinc per vota nomumquam fieri miracula morbosque curari, tempestates averti et similia, omnis testatur<sup>a)</sup> antiquitas. Hinc legimus excellentissimos quosque ac apud omnes nationes sapientissimos viros ut Indorum brachmannos, Persarum magos, Egitorum gymnosophistas, Grecorum Chaldeorumque theologos divinis votis potissimum incubuisse ac miranda multa effecisse. Ad voti autem et adorationis perfectionem [neque enim sine adoratione votum nec sine voto usquequa perfecta est<sup>b)</sup> adoratio] Duo potissimum requiruntur, primo videlicet notio eius, quod adorandum et cui vovendum est, ac qua ratione sit colendum scias. Itaque adorationes ac vota ad solum unum Deum summum Iovem, deorum omnium regem ac dominum, pura ac pia mente facienda esse. Quando vero ad inferiores deos processerint nisi sub modo delegato a summo Iove administrationis minime sit intentio. His itaque adorationibus ac votis quando ad inferiora numina diriguntur. Zoroaster et Orpheus suffumigationes et caracteres et eiusmodi ad hiberi licitum putabant, quando vero ad supremi Iovis maiestatem criguntur fieri illa || minime debere, quod etiam Hermes et<sup>c)</sup> Plato fieri vetant in veneratione summi Iovis externas omnes ceremonias iubentes auferri. Unde Hermes ad Tatium: Hoc, inquit, sacrilegio simile est, cum Deum ores velle thus et similia accendere. Secundo autem requiritur assimilatio quedam vite nostre ad vitam divinam puritatem,

a) post testatur *del.* ini c.

b) post est *del.* oratio c.

c) et «Orpheus *del.*» et c.

castitate sanctimoniaque proficiscens cum eius quod optamus licito desiderio. His enim summe divinam captarimus benevolenciam divineque subicimur largitioni. Nam nisi nos purgato animo digni simus exaudiri tum ea que petimus digna sint fieri manifestum est deos precibus nostris minime adesse. Unde inquit divus Plato deum nullis precibus aut donis ad iniqua flecti. Nihil igitur a diis petamus quod velle nos indecorum sit. Hoc enim solo plurimos videmus sepe orationibus ac voto frustrari qui nec ipsi religiose dispositi sunt tum desideria et petitiones ipsorum raro fiunt de his que sunt Deo beneplacita.

### CAPITULUM QUADRAGESIMUM SEXTUM

Sacrificium autem est oblatio, que et sacra fit offerendo et sacrat seu sanctificat offerentem nisi illum aut irreverencia aut aliud quiddam impedit pactum. Hec itaque sacrificia et oblationes multam nobis prestant fiduciam et de familia Dei efficiunt malaque multa nobis imminentia repellunt quod quidem Hebreorum doctores pre ceteris confirmant inquietus per hoc quod animalia nostra mactamus atque res nostras sacrificio dissipamus imminentia mala a nobis ad eiusmodi deflecti sacrificia vero et oblationes primo ac principaliter ad summum deum facienda sunt, quando autem ad secunda numina diriguntur hoc intellige fieri, quemadmodum de oratione et voto dictum est tum quecumque ibi dicta sunt, hic etiam per similitudinem subintelligimus. Sunt vero sacrificiorum plura genera, nam quoddam dicitur holocaustum, quando igne consumitur, quoddam immolatio propter sanguinis effusionem, preterea quedam dicuntur sacrificia salutaria, que fiunt pro salute obtinenda, quedam pacifica pro pace obtinenda, quedam laudis pro liberatione a malis vel largitione bonorum, quedam gratulatoria pro veneratione diuina et graciarum actione, || quedam etiam fiunt sacrificia nec propter honorem Dei nec ex bona voluntate quale erat apud Hebreos sacrificium zelotie, quod solum siebat causa detegendi occultum adulterium, ut legitur Numeri quinto capite.

### CAPITULUM QUADRAGESIMUM SEPTIMUM

Erant etiam apud Egiptios sexenta sexaginta sex genera sacrificiorum tum singulis stellis ac planetis divinos honores sacraque sacrificia statuerunt, siquidem sunt divina quedam animalia habentia animam intellectualem mentemque participantia divinam. Unde ferunt ipsos suppliciter deprecatos nostras preces exaudire et celestia bona largiri non tam naturali quodam pacto quam libero suo arbitrio. Hoc est quod inquit Iamblichus celestia corpora mundanaque numina vires quasdam

in se divinas ac superiores, quasdam vero naturales et inferiores habere, quas quidem Orpheus tanquam claves appellat ad aperiendum et claudendum. Hinc per has fatalibus nos influentiis obligare per illas vero a fato solvere. Iccirco si tibi infortunium || aliquod immineat a Saturno, iubent philosophie non potius ad Iovem vel Venerem quam ad ipsum eundem confugere Saturnum. Sic Apuliana illa Psiche ob forme parilitatem a Venere odio persecuta non a Cerere vel Iunone, sed ab ipsamet Venere graciam promereri coacta est. Sic igitur sacrificabant soli cum rebus solaribus et suis animalibus ut laurum, cignum, gallum vel taurum. Item Veneri per animalia sua ut columbam vel turturem et per plantas suas ut verbenam. Unde Virgilius:

»Effer aquam et molli cinge hec altaria vitta  
Verbenasque adole pingues et mascula thura.«

Simili modo faciebant de reliquis. Preterea magi quandocunque confectionem aliquam vel naturalem vel artificiale ad stellam aliquam pertinentem perfecerint, hanc postea religiosius eidem stelle sacrabant et offerebant non tam ab influxu suo oportune suscepto naturalem virtutem adepti quam etiam per oblationem ipsam religiosam eandem divinitus confirmatam denuo reaccepturi. Oblatio enim cuius libet rei quando Deo aliquo rite offertur non secus ac sacrificium ipsa oblatione res illa et Deo sanctificatur et pars eius efficitur. ||

#### CAPITULUM QUADRAGESIMUM OCTAVUM

Nunc videamus quas imprecatio[n]es oblationibus ac sacrificiis adiungebant. Hec enim dicebat vel similia quicunque offerens et sacrificans. Ego servitor tuus hec tibi offero vel sacrifico auctorem te sanctitatis confiteor et ad sanctificandum in voce. Hanc oblationem ut infundas sibi virtutem spiritus tui alti ac honorati ut per eam (videlicet adiungendo quod tunc petiturus fuerit). Ceterum vero sicut res ista presens oblatione mea tua efficitur, ita ut de cetero tibi sit sacra (et si erat animal dicebat

592.

ita ut de cetero tibi vivat et tibi moriatur) ita et ego tuus efficiar qui per hanc oblationem et coniunctionem per hoc quod ad offerendum et sacrificandum tibi venio de familia et cultoribus tuis me esse profiteor; preterea in immolationibus dicebatur, sicut istud animal in potestate mea est ad occidendum, si voluero vel salvandum, ita in potestate tua est ad auferendum per iram tuam vel ad largiendum per benivolenciam tuam (scilicet subiungendo petitionem) || denique ubi pro expiatione vel evitazione alicuius mali fiebat sacrificium dicebatur sicut moritur istud animal in manu mea, sic moriatur in me omne vicium et omnis immun-dicia vel sic moriatur et annihiletur tale vel tale malum sive incomodum. Item sicut effunditur sanguis huius animalis de corpore suo ita effluat a me omne vicium et immundicia et in holocausto dicebatur, sicut hec oblatio igne isto presenti consumitur, ita quod nihil remaneat. Ex ea ita consumatur in me omne malum seu tale vel tale incomodum, quod tunc voluerint repellere vel euitare. Mos quoque erat inter imprecandum etiam aram ipsam manibus contingere ab omnibus his, pro quibus tale fiebat sacrificium quique eius participes esse cupiebant, quia litare sola non potest imprecatio nisi is qui precatur etiam aram manibus tangat. Unde apud Vergilium talibus orantem dictis arasque tenentem:

»Audiit omni potens.«

Et alibi:

»Tango aras medios ignes et numina testor.«

### CAPITULUM QUADRAGESIMUM NONUM ||

Verba etiam sacra divinis virtutibus decorata signaculorumque divinorum observancia virtutem nobis magnam prestant Deificamque unionem atque etiam supra naturam mirabilium quorundam operum effectuumque potentiam. Verba autem dico nunc sacra, similiter sacra signacula non que ab hominibus Deo dicata, sed que ab ipsis diis vel potius ab ipso summo deo certo modo pro suarum caracterum immobili numero et figura sempiterna stabilitate instituta divinitatis harmoniam spirantia divinaque assistencia consecrata. Hec sunt illa sacra verba atque signacula, que timent superi, tremunt inferi, colunt angeli, pavent cacodemones, denique que omnis veneratur religio, que quidem nulli ullae unquam ratione fas est permutare. Unde Origenes precipit ea in suis ipsis caracteribus incorrupte conservanda et Zoroaster etiam vetat barbara et antiqua verba mutari. Nani ut inquit Plato in cratilo, omnia divina verba sive nomina vel a diis primum vel ab antiquitate, cuius inicium haud facile scitur, vel a barbaris prodita sunt. Iamblichus || quoque simi-

liter precipit ea non esse ex sua lingua in aliam transferenda. Non enim eandem, inquit, mentem servant nomina in aliam linguam interpretata. Hec itaque divina nomina sunt aptissimum atque efficacissimum medium hominis cum diis conciliandi atque uniendi. Unde legitur Exodi secundo: »In omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei, veniam ad te et benedicam tibi.« Et Numeri sexto habetur preceptum: »Et ponant nomen meum super filios Israel et ego benedicam eis.« Iccirco divus Plato in Cratilo et in Philebo divina nomina venerari iubet plusquam delubra statuasque divinas, quia expressior Dei imago atque virtus sit in officio mentis pressertim afflate divinitus quam in manuum operibus reservata. Quicumque igitur divinis his verbis sive nominibus ea mentis puritate, eo modo et ea lege qua tributa sunt rite utitur mirifica multa effici et quemadmodum de Medea legimus:

»Verbaque ter dixit placidos facientia somnos,  
que mare turbatum, que flumina<sup>a)</sup> concita sistunt.«

quod Hebreorum antiqui doctores pre ceteris || observarunt, qui verbis quibusdam mirabilia multa opera efficere consueverunt. Pithagorici etiam idem demonstrarunt tam animi quam corporis morbos verbis quibusdam mirifice curantes, sic etiam legimus Orpheum cum esset unus ex Argonautis tempestatem quandam seuissimam sacris quibusdam verbis avertisse, simili modo Apollonium quibusdam verbis secreto prolati pueram mortuam Rome resuscitasse, aliis quibusdam verbis manes Achillis evocasse, preterea in verbis quibusdam sacris atque nominibus divinis vim esse magnam atque divinam, que sit virtus operativa mirabilis effectus. Zoroaster, Orpheus, Iamblichus, Sinesius et Alekindus et quique splendidissimi philosophorum testantur et Artesius magus atque philosophus de virtutibus verborum atque caracterum singularem librum conscripsit. Origenes etiam splendidissimis quibusque philosophis non inferior asserit contra Celsum in quibusdam divinis verbis mirandam latere virtutem et iudicium legitur: Nomen meum quod est peli quod apud nos interpretatur miraculorum operator sive efficiens mirabilia. ||

### CAPITULUM QUINQUAGESIMUM

Sunt autem eiusmodi sacra nomina permulta, quorum hic aliqua et principaliora enumerabo ut sunt ex<sup>b)</sup> nominibus Dei primo sacrosanctum illud nomen ineffabile tetragrammaton, hoc est quatuor litterarum, scilicet (תְּהָאָנָה) et alia plura ut el, eloe, helion, sadai, adonai, agla, sabaoth, ya, na, hu, ek, ehieh, caphu, macom, ieserei, hochma, kether,

<sup>a)</sup> post flumina del. mag c.

<sup>b)</sup> post ex del. omnibus c.

binah, neza, hod, tipheret, geburah, malchut, haesed, pahad, Iimon, matattron et alia plura ut honotheon, honoipanton, honoicraton, on, thanathon, pantheathon, georon, ylyon, ypaton, ireon, anepheiphaton, gelina, ybya, zepta et infinita alia angelorum quoque sacra nomina permulta ut Michael, Gabriel, Raphael, Uriel, Hieremiel, Hamel, Hasdiel, Zechariel, Asiel, Iohasiel, Sitriel, Maginiel, Hasmalim et alia eiusmodi. Ex sacris quoque figuris signaculisque permulta sunt, ut figura agni cum cruce triumphali circumducta circulo, item figura leonis, aquile, || bovis, figura manus benedicentis et eiusmodi, que hinc inde apud prophetas et in revelatione apocalypseos Iohannis narrata habentur.

### CAPITULUM QUINQUAGESIMUM PRIMUM

Dicuntur autem sacra quecunque ab ipsis diis vel demonibus suis assistencis sunt sacrata tanquam ut ita loquar, a diis ipsis dedicata. Hoc modo dicimus sacros demones, quia in ipsis Deus habitat, cui usnomen sepe ferre dicundur. Unde legitur Exodi: »Ego mittam angelum meum, qui precedet te. Observes eum nec contemendum putas, quia est nomen meum in illo.« Sic etiam mysteria sacra dicuntur. Est enim mysterium quod secretam et occultam virtutem habet et graciam a diis vel a demonibus collatam vel ab ipso summo deo dispensatam, quemadmodum sunt sacra nomina et characteres, de quibus supra dictum est, sic crux ipsa sacra et misteriosa Iesu Christi passione sacrata, hinc etiam orationes et preces quedam sacre et mistice nuncupantur, que non hominum devotione, sed divino mandato instituta, quemadmodum legimus in || evangeliis Christum instituisse orationem dominicam simili modo et confectiones quedam ut supra recitavimus sacre dicuntur, quibus deus singularem sue virtutis radium indidit, sicut legimus Exodi de thimiamate et oleo unctionis et sicut apud nos baptismus et eiusmodi.

### CAPITULUM QUINQUAGESIMUM SECUNDUM

Est et aliud sacrorum genus quo sacra dicimus, scilicet que ab hominibus Deo dedicata et consecrata, quemadmodum sunt vota et sacrificia, de quibus supra dictum est. Unde Vergilius canit:

»At Cesar triplici invictus Romana triumpho  
Menia diis Italis votum immortale sacrabat.«

Et Ovidius in metamorphoseos:

»Festa dies aderat qua cigni vector Achilles  
Pallada mactate placbat sauguine vacce.«

Munus ut imposuit profecta calentibus aris et diis acceptus penetra-

vit in ethera nidor sacra tulere suam pars est data cetera mensis. Simili modo dicuntur sacra simulacra, delubra, indola, statue, imagines, picture ad deorum similitudinem effecta vel diis ipsis dedicata || quemadmodum canit Orpheus in hymno ad Liciam Venerem:

»Nostri namque duces patrie divina tuentes  
opidulum propter sacrum statuere colossum.

Et Virgilius:

»Tu genitor cape sacra manu patriosque penates.«

Hinc divus Plato in undecimo de legibus precipit<sup>a)</sup> honorandas esse deorum statuas et imagines non propter se, sed quia deos nobis representant, quemadmodum antiqui venerabantur Iovis illud simulacrum, quod ita interpretantur. Nam per hoc quod hominis simulachrum eius constituent significari, quoniam meus est, que cuncta seminali ratione producit, sedere autem fingitur, ut virtus stabilis atque incommutabilis exprimatur, nuda apertaque. Habet superiora quoniam conspicuus est intelligenciis et superioribus inferiora vero teguntur, quoniam occultatur inferioribus creaturis, sceptrum leva tenet, quia in his corporis partibus spiritalis sinum vite domicilium invenitur creator enim intellectus rerum spiritusque vivificus mundi est. Dextera vero et aquilam protendit et victoriam alterum, quia ceterorum deorum dominus, quemadmodum aliarum avium aquila est, alterum quia omnia sibi subiecta sunt. Simili modo dicuntur etiam || sacri ritus et sacre observations ,que fiunt ad venerationem deorum et religionis, quemadmodum sunt gestus devoti, genu flexus, capitis denudationes, ablutiones aque benedictae aspersiones, suffumigationes exteriores expiations. Item processiones et laudum divinarum exterior ornatus ut musicalis resonantia cereorum et lampadum illuminatio signorum et campanarum pulsatio templarium altarium et simulacrorum ornatus, in quibus omnibus summus ac speciosissimus cultus ac decor requiritur, quare adhibentur ad hec quecumque speciosissima et pulcerrima, aurum argentum, et lapides preciosi et eiusmodi. Que quidem venerationes et sacra exteriora sunt tanquam eruditioes et imitationes ad sacra spiritualia ad impetrandum beneficia deorum. Dicuntur etiam sacri sacerdotes numinum deorumque ministri et ipsis sacrati tum et sacra quelibet administrant resque consecrant. Unde Lucanus:

»Pontifices sacri quibus est permissa potestas.«

Et Virgilius de Heleno Apollinis sacerdote:

»Exorat pacem divum vittasque resolvit  
sacrati capitis.||

<sup>a)</sup> post precipit del. esse c.

### CAPITULUM QUINQUAGESIMUM TERCIUM

Sunt vero sacra eiusmodi tanquam quedam pacta inter deos et nos sub laude vel veneratione exhibita, quibus mediantibus sepe virtutem aliquam mirandam obtainemus ab eo numine, cui talis veneratione impenditur, sic sunt sacri hymni et sermones et exorcismata et incantationes et voces, que ad deorum laudes et venerationes sunt composita et dedicata. Unde Orpheus in carmine ad astra compositum:

»Vocibus ergo sacris iam demones invoco puros.«

Et etiam ecclesia primitiva utebatur sacris quibusdam incantamentis contra morbos et tempestates, que omnia sub veneratione alicuius numinis vel pronunciando vel etiam aliquando scripta deferendo sepe virtutem aliquam a tali numine obtainemus, quam homines valde admirantur. Hoc modo sunt etiam sacra nomina, figure et caracteres et signacula, que contemplativi homines pro arcanis suis votis pura mente ad Dei venerationem devouerunt, dedicarunt et consecrarunt, que quidem si postea quisquam eadem mentis puritate, qua primitus sunt instituta, pronunciat, mirabilia similiter efficiet, tum etiam quatenus servetur modus ac regula a primo institutore tradita. Nam qui hec ignorant operam perdunt et frustra laborant. Hoc modo non solum verbis barbaris, sed et iam Egiptiis, Grecis, Latinis et alterius cuiusque lingue nominibus Deo devotis ac sue essencie vel virtuti vel operationi attributis ac dedicatis mira aliquando efficimus. Sic sunt apud Iamblichum nomina, scilicet Osiris, Icton, Emeph, Anum, sic apud Platonem et Grecos Onton Tauton, sic Greci vocant Iovem Zina a Zin, quod est vivere, quia singulis vitam prebet, similiter dia, quod significat per, quia per ipsum omnia fiunt, sic athanatos, quod significat immortalem, sic apud Latinos dicitur Iupiter quasi iuvans pater et horum similia, quemadmodum et propria quedam nomina etiam hominibus ad votum tribuunt<sup>a)</sup>, ut Enthichidem, Sosiam, Theophilum, hoc est prosperum, servitorem, Deo charum. Similiter res quedam materiales concipiunt haud parum sanctitatis ac virtutis ex consecratione maxime sacerdotali, quemadmodum videmus sigilla illa cerea, quibus inscripta habetur figura agnorum virtutem accipere per benedictionem Romani pontificis contra fulgura et tempestates, ne ledant deferentes. Similem virtutem accipiunt cerei illi benedicti in festo purificationis<sup>b)</sup> dive virginis, similiter Campane ex consecratione et benedictione sua accipiunt virtutem, ut arceant et compescant fulgura et tempestates, ne noceant in locis ubi sonitus earum eo tempore

<sup>a)</sup> tribuuntur corr. tribuunt c.

<sup>b)</sup> post purificationis del. Marie c.

auditus fuerit, simili modo sal et aqua per suas benedictiones et exorcis-  
mata accipiunt virtutem expandi et effugandi malos demones et sic de  
similibus.

### CAPITULUM QUINQUAGESIMUM QUARTUM

Efficacia religionis, presencia demonum sortitur effectum neque enim potest in religione fieri opus ullum mirabilis alicuius efficacie, nisi illic bonorum aliquis demonum adsit operis rector et impletor. Demones autem boni et si a nobis diversimode alliciuntur nullis tamen vinculis vel vix saltem a nobis possunt astringi, sed consorcium divinitatis cum mente humana efficit quod ipsi nobis libenter assistunt ac potentiam virtutemque suam communicant quotidie nos || illuminationibus, inspirationibus, oraculis, vaticinis, somniis, miraculis, prodigiis, divinationibus, auguriis adiuvantes operantesque et agentes in nostras animas tanquam sibi consortes imagines eas suis influxibus formando sibique simillimas efficiendo usque adeo quod anima nostra sepe tam ferme mirabilia operetur quam celestes soleant demones.

### CAPITULUM QUINQUAGESIMUM QUINTUM

Mali vero demones a nobis convincuntur auxilio bonorum, presertim quando obtestator erga deum sanctimonia pollet verbaque sacra sermonemque horribilem incantet puta coniurando potestate divina per veneranda supernaturalium virtutum nomina et signacula per miracula, per sacramenta, per sacra misteria et eiusmodi, ut apud Apuleium legimus, per celestia sidera, per inferna numina, per naturalia elementa, per nocturna silencia, per adepta conceptitica, per incrementa nilotica et arcana Memphitica et sistra Phariaca, que quidem coniurations sive exorcismata, quatenus || nomine religionis et divine virtutis fiunt. Propter hoc timent ea maligni demones. Unde etiam sepe prophani homines sacri eiusmodi coniurationibus malos demones constringunt vel abiciunt talia non ferentes, nonnunquam sepe etiam minis et contumeliis malos demones, presertim minores ut lamias, incubos et eiusmodi vel astringimus vel repellimus, quemadmodum legimus apud Lucanum de malefica illa inquiente:

»Iam vos ego nomine vero  
Eliciam Stigiasque canes in luce superna  
Destituam per busta sequar per funera custos  
Expellam tumulos abigam vos omnibus urnis  
Teque deis, ad quos alio procedere vultu.  
Ficta solis Hecate pallenti tabida forma  
Ostendam facinique herebi mutare vetebo.«

Et apud Philostratum legimus, cum Apollonius et socii eius lucente clara luna noctu iter facerent, lamie fantasma illis accurrit modo in hanc,

modo in aliam figuram sese convertere, quandoque ab oculis repente evanescere. Apollonius autem quidnam id esset quam primum agnoscens gravibus contumeliosisque || verbis illud increpans socios, ut idem facerent hortabatur id enim contra eiusmodi invasionis optimum sciebat esse medicamentum eius dictis, cum socii paruisserent stridens fantasma celeriter tanquam idolum refugit.

#### CAPITULUM QUINQUAGESIMUM SEXTUM

Nunc de observationibus religiosis ~~re~~ca dicemus. Tu igitur quicumque in hac facultate operari desideras, imprimis piis precibus obsecra Deum patrem unicum unum, ut tu quoque unus si illius elementia dignus. Si mundus ab intra et ab extra et in loco mundo, quia omnis homo, qui accesserit ad ea, que consecrata sunt, in quo est immundicia, peribit coram Domino, ut legitur Levitici capite vicesimo secundo. Propterea lavara sepius et per statutos dies. Juxta numerorum misteria indua vestes mundas et abstineas ab omni immundicia, a pollutione et libidine, non iungaris mulieri pollute vel menstruate nec illi, qui patitur gomorream, non tangas rem immundam nec morticinium lavabis te et inunges et fumigabis || et offeras sacrificia fumigia enim sacrificium et unctio penetrant omnia et aperiunt portas elementorum atque celorum, ut per illas homo possit videre et cognoscere secreta creatorum, res celestes et que supra celos sunt et que descendunt de celis, sicut sunt angeli et spiritus et anime mortuorum et demones abissorum spiritus speluncarum et profundorum fantasmata desertorum locorum ut veniant, apparent, compareant et obedient. Faciuntque pacatos omnes spiritus et attrahunt sicut magnes ferrum coniunguntque cum elementis et faciunt spiritus accipere corpora. Quicquid preterea operaris fac pleno affectu ac cordis desiderio, ut faveat tibi elemencia celi celestiumque omnium. Scriptum est enim deuteronomii 4<sup>o</sup> capite: »Cum quesieris dominum deum tuum, invenies eum; si tamen corde toto quesieris et tota tribulatione anime tue.« Per veracem autem constantemque fiduciam potes placare deum demonesque omnes. Unde apud Matheum decimo quarto capite: »Si habueritis fidem sicut granum sinapis, nihil impossibile erit || vobis.« Et apud Marcum undecimo: »Omnia quecumque orantes petitis credite, quia accipietis et evenient vobis.« Multum quoque valet oratio iusti assidua. Helias enim homo erat similis nobis passibilis et oravit oratione, ut non plueret super terram. Et non pluit annos tres et menses sex. Et rursum oravit et celum dedit pluvias et terra dedit fructum suum. Iacobus quinto: »Cave autem in orationibus, ne optaveris aliquid vanum vel quod sit contra divinam voluntatem. Vult autem Deus omnia bona et enim usurpabis nomen Dei tui frustra, quia non erit impunitus,

qui sub re vana nomen eius assumpserit.» Deuteronomii quinto: »Facias abstinentiam et des elemosinas, quoniam bona est oratio cum ieiunio et elemosina.» Tobie duodecimo et Iudit decimo tercio: »Scitote, quoniam exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in ieiuniis et orationibus in conspectu Domini.«

### CAPITULUM QUINQUAGESIMUM SEPTIMUM ||

Nunc de superstitione pauca dicemus. Dico autem nunc superstitionem eam, que est similitudo quedam religionis. Imitatur enim quicquid in religione est ex miraculis, ex sacramentis, ex ritibus, ex observationibus et eiusmodi sortiturque ex hiis haud parvam potentiam non minorem etiam ex credulitate operantis. Quantum enim possit constans credulitas apud vulgus ~~palam~~ est credulitatem igitur requirit superstitionis, quemadmodum religio fidei. Quomodo autem superstitione imitatur religionem, per exempla quedam intelliges, ut quando excommunicantur vermes, ne noceant frugibus, item quando baptisatur imago aliqua sub nomine alicuius, quem per talem imaginem aliquo modo afficeremus. In his duobus exemplis manifesta est supersticio. Nam cum sacramentum baptismi et sentencia excommunicationis solum in homines exerceri debent iuxta statuta religionis, superstitione abutitur illis in alias creaturem ~~simili~~ consideratione similia iam per te ipsum investigabis.

Hec ad magie introductionem dicta sufficiente quorum fortassis quedam cum ordine, quedam sine ordine dicta sunt, tamen ab his acutius speculantes et perscrutantes artis magice rationes et documenta assequi possunt.

Finis.

636

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY  
1960-1961